This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


XIMENO
DE RE
MEDICA
611
057 P
R

86
8
2

DIALOGVS

DE RE MEDICA COMPENDIAria ratione, præter quædam alia, vniuerſam Anatomen humani corporis perſtringens, ſummè neceſſarius omnibus Medicinæ canditatis.

Authore Petro Ximeno Medico profeſſore Valentino.

Facilius reprehendes quàm imitabere.

VALENTIAE,
Per Ioannem Mey Flandrum.
1549.



Viro literis & no

BILITATE ORNATISSIMO, DO mino Petro Loçano Sereniſſimę Prin cipis D. Dominæ Mentiæ à Mendo ça Calabriæ Duci, Zeneti &c. Ar chiatro Doctori Medico & inte gerrimo amico. Petrus Xi meno Medicus, S. D. P.

VVM hac proximè elapſa hye me uentum eſſet ad partem no ſtri olim ſuſcepti inſtituti longè grauiſſimam ad fabricæ inquam humani corporis enarrationem, cœpiſſemque ex Senatusconſulto Galeni libros de Vſu Part. pro captu enarrare, D. humaniſſime, tam multa impedimenta ſe mihi, ac omnibus medicinæ candidatis offerebant, his potiſſimum qui huius partis præcipuæ totius artis medicæ ſtudio impenſè flagrabant, quorum ſanè erat po tior pars, tantaq; librorum Galeni, aliorumq; probatiſſi morum præſertim authorum inopia laborabamus; ut

utraque de causa prorsus coactus fuerim, non tam scru-
pulosè Galeni singulas dictiones persequi ut, in alijs ex-
plicandis consueueram, quòd id morosissimum esset libro
destitutis, ac mihi longè operosius dum in emendanda
Galeni lectione, aut alio torquenda sæpè sententia, ne
relabi subinde uideretur, studium omne, otium & nego-
tium collocandum esset, nec tempus suppeteret ueræ par-
tium humani corporis enarrationi, ut nec earundem de-
monstrationi, sicq; ne labor utiq; interiret, ac omnes me-
dicinæ Hippocraticæ ueræ ueterisq; studiosi suo fine fru-
strarentur, consilium fuit, ex meo potissimum instituto-
re Andrea Vesalio, ex cuius prælectionibus admodum
multa & si non omnia Patauij quum ibi ultimo anato-
men numerosissimo frequentissimoq; auditorio felicissimè
de more exerceret, obseruaueram, atque manu scriptos
commentarios mihi consarcinatos utcunque comparaue-
ram: quando neque eiusdem eruditissimis planè elucubra-
tionibus aliter frui liceret, ut in breuiorem summam
unusquisque librorum de Vsu Part. Galeni inter enar-
randum à me redigeretur, uera tamen partium enar-
ratione conscriptioneque haud prætermissa, aut alicubi
ut hactenus in gratiam Galeni ab omnibus ferè est ten-
tatum, uiolata, quam diligentissimi scholares aut memo-
ria retinere possent tantisper domi in cubiculis scriptu-
ri quidquid dictū esset, aut ibi calamo bonā partē scribē-

do

do consequi possent, sicq; mihi ac sibi aliquid in re tam ar dua atq; noua, tantiq; momenti ad reliquas artis partes integrè capescendas proficere uiderẽtur, tandem hoc con silio effectum est indubiè, ut non omnino operam luse rint, neque ego fine fuerim frustratus, qui (norunt ipsi ut & tota studiosa iuuentus Valentina) is fuit perpetuò ut de Repub. bene mererer ut & de studiosis omnibus, Nec mirabere quòd me præ cæteris hæc nostra floren tissima Valentina res habeat solicitum, quandoquidem magistratus incredibilis uirtus, uitæ integritas, summa in rebus quantumuis arduis gerendis prudentia, atque liberalitas propensissima in prouehendis illustrandisq; politioribus literis atque literatis omnibus, me suũ clien tulum summa beneuolentia ac peculiari quodam affectu ac patrocinio semper sint persequuta, quod uel hinc facilè conijcies, quòd restituta uera ueteriq; methodo disse rendi (Dialecticam uocant) summa cum laude & glo ria nominis Valentini, quòd inter Hispaniæ celeberri mas prima resipuerit, ut operæpretium fuit, studio erga medicam facultatem propensissimo, ubi primam subolfe cit ordinis rationem in tradendis disciplinis omnibus li beralioribus multi esse momenti, tertiam medicam le ctionem perpetuam instituit, ubiq; etsi tantæ prouin ciæ, tantiq; officij & patrocinij immerito committi uo luit, ut inde quemadmodum fit Lutetiæ, atque feliciſsi

mè occœpit in hac nostra academia inter dialecticos, sint quotis annis Medici professores, qui artis rudimenta primaq; elementa docerent medicinæ candidatos, & qui in solidioribus uersentur, hoc est secunda artis parte, & qui iam adultos ad opus medicum tertio loco (praxim uocant) rapiant ac manu ducant, qua re nescio quid dici possit è Repub. magis, quid excogitatum prudentius, & deliberatum oportunius: cassus namq; ut me melius nosti, futurus erat medico futuro labor in philosophicis dogmatibus impensus, nisi in medicinis ab ijs institueretur, qui ea præterita studia ac rerum cognitionem generalem ex limpidissimis Aristotelis fontibus petitam elegantissimè essent suo loco admissuri, cum quibus omnia fermè essent communia, his accedit quòd quum consultissimè de more illustrissimus magistratus (quem admiratus nunquam satis proculdubio laudare possem) animaduerteret, à rabulis aliquot ac malè feriatis, ne dicã monstrosis hominibus saltẽ priuatim, statutum hoc planè sanctissimum debere minùs probari, calumniari, ac fortè corrumpi parte aliqua, secundò colophonem, & ut dicunt umbilicum primo decreto adiecit, præscribens nobis quem uellet præ cæteris authoribus legi in toto curriculo & in eo prælegendo partibusq; artis medicæ, quem cuperet ordinem inuiolatum seruari, (etsi minus id primo anno consequi potuerit propter eruditorum penuriam,) sicq;

utrisq;

ueriſq; conſultiſſimè uiri conſultiſſ. proſpexerunt, & quod dein ueſuti barbari uafriq; ſophiſtæ neutiq; admittantur, & quod nemo dictum indictum faciat, docendi ordine pro aris & focis ſeruato, is ordo. D. Amantiſſ. fuit ex eodem authore medicinæ parente Gal. pergameno accitus, Aſſertore tamẽ Iacobo Siluio Regio Pariſino profeſſore, quî primus ſuæ Galliæ ſumma cum laude ipſum inſtaurauit atq; inuexit, quoq; me cũ alijs perq; multis cũ ibi medicinæ olim operã nauarẽ inſtituẽdũ curauit, reiectis ac profligatis lacunis illis cœnoſis barbaris Auicennarũ & Forliuiorũ, nequis imprudens illo cœnoſo lacu antiquo ſe turpiter uolutari pateretur. Hoc tamẽ perpetuò inculcabat uenerandus ſenex ac mihi ſemper obſeruandus præceptor utpote ex eruditorũ ac uario diſciplinarum genere ornatiſſimorum uirorum ſententia, oportere (quod mihi nõ ſemel inter diſſerendum excidit, ut nõ ſemel ex bono ſene audiueram) eum qui uelit inter ueræ doctos iure numerari & haberi, multa diligentia graſſari per omne genus authorum, cum iudicio tamen atq; exquiſitiſſimo delectu, quòd uel ex Plinij ſententia non ſit uel infeliciſſimus liber qui aliqua ex parte prodeſſe non poſſit, quod ſi quãdoq; barbarum Gattinariã aliumue eius claſſis admittere uidetur, hoc ſolo conſilio factum intellige, nec mihi deinceps uera monenti garrule ſophiſta ridiculè obſtrepas cum tuo Gattinaria ridi culo,

diculo,uide queſo citra ſupercilium & conſuetam petu-
lantiam,quo loco eius meminerit,ac ſtudioſo operum Gal.
propoſuerit,utiq; ubi iam medicinæ candidatum in pro-
batiſsimis Gal.Hippo.ac Paulo AEgineta diu multumq;
exercuit,magis proculdubio ut nobis etiam ueſtræ neniæ
& plusq̃ aniles fabulæ innoteſcant ne nobis eius impo-
ſturæ inſcijs ullibi imponatur,utq; quiuis probè affectus
eleganter condiſcat,ſtulto intelligens quid intereſt,nanq;
eos cum ſuis ineptiſs.pharmacopæis quanti faciendos du-
cat uenerandus ſenex tuipſe qui mihi iſtud minimè cre-
dendum ducis, paſsim in ſuis elucubrationibus animad-
uertes,lib.potiſs.2. compo. phar. proemio, ubi eos Ara-
biſtas impoſtores, ſues ſtolidos medici nomine indigniſsi-
mos acriter contendit, ubi proculdubio ipſi potius erant
probandi, quod ageret de ea methodo compingendi for-
mulas, in qua uobis ueſtros admittere uidetur, cæterum
de ijs alibi, nunc ad inſtitutum redeundum, Vbi primũ
docere cæpi exorſus ab elementis Hipp. ueritatis ſtu-
dium quod primo loco Galen usin medico futuro ue-
hementer expetit, quanta licuit orationis acrimonia com
mendatum uolui, quòd immenſum fructum præſeferret,
res quaſcunq; liberè ad ueritatem dumtaxat expendere,
nec poſſe medicinæ cãdidatos ulla alia ratiõe æquè mul-
tum & breui proficere, quàm ſi ipſi mecum omnia tanq̃
iudices perpenderent, nullius addicti uerbis,tum quod
grauiſsi

grauiſſimi quiq; frequenter uel ex profeſſo ac dedita opera, ſuapte natura abſtruſa reconditiſſimaq;, caligine quadam ac uerborum myſterijs & laconiſmo in intelligibili omnia obſcurari uoluerint, quæ alioqui debebant rudioribus nobis uel ſculpi uel pingi potius, ſicq; nobiſcum pulchrè actum eſſet, tum quod ea etſi ſummi uiri ingenio, eruditione, diligentia ac rerum omnium peritia commendatiſſimi tradiderint, homines tamen nouimus, hoc eſt, quos multa latere poterãt, quædã nõ raro uideri aliaquã eſſent. Itaq; inter diſſerendum. D. Amantiſ. cum multa in ſummum uirum Ariſto. non pauca in Platonem, Gal. & Hippo. cum in alijs penè infinitis tum maximè in Anatomicis dicẽda nobis eſſent ueritati patrocinium allaturis, Primum candidatorum animos mihi allicere in hanc tam utilem ſententiam opinionemq; curaui, ubi (Di boni) quòd alij iuraſſent in uerba magiſtri, alij quòd neutrũ aſſequerẽtur ad rerũ nouarũ obtutũ ſtupidi caligantes, rurſus alij inſolentiores, quod rem menſi lesbia regula cũcta ambitioſius ac potius auræ popularis captandæ gratia & quod per qualemcunq; impoſturam ut uiderer dumtaxat, ſibi dicta à me perſuaderent, multum profectò fuit mihi laborandum, ut animum ipſis utiliſſima meditantem indicarem, beneuolentiam quæ ſtudioſos quoſque decet perſuaderem, ueritatiſq; ſtudium cæteris omnibus anteponendum commonefacerem, méq; haud equidem

scari more maiora uiribus audere, non intellecta aggredi, insanireue aut turpiter in grauissimos omnes seuire ac uelle quod mihi deijcerem ab ipsis deradere, ultimo tandem post acrem pugnam tamen effectum est, ut liberè omnes ueritati acquiescant, neglecta si opus est uel Hippo, diui authoritate, ac liberè philosophari ut operæpretium est gaudeant, quibus multa admodum perplexa subdubia discutienda altiusq; repetenda more uerè philosophantiũ proposui, ex meorũ tamen præceptorum plane eruditissimorum sententia ipsis explicata, Ex quibus ut amantissimos quosdam demererer, quibus me plurimum debere fateor beneuolentiæ & gratiæ erga me animũ, aggressus sum quædam paulò diffusius aliqua cum libertate scribere, ex meorum tamen perpetuò institutorum ut dixi sententia quòd ea mihi semper arrideat, non enim mea mihi tantum placent, quantum scitis quibusdã sua, qui cæca sui duntaxat existimatione ducti, sibiq; ingenia plusq; humana arrogantes adiudicantesq; temere ac si alij ad unum omnes ingenij uiribus prorsus destituerentur, impudentissimè cum uix rerum elementa prima nedicam uerborum norint, Aristo. summũ uiri. Gale. q; omnia prorsus damnant demoliunturq;, oracula & ambages nescio quas Pythagoreorũ more, Timæumq; uere enigmaticum inuiati ex mathesi philosophia petitas confingentes, utinam rerum philosophia cum Mathesi coniungi

posset,

posset, ut omnia de quibus in hunc usq; diem addubitatur certissima fulcra haberent, certissimamq; nobis rerum scientiam parerent, cæterum cum id fieri haud posse uiri alioqui de matheſi philoſophia ut de reliquis meritissimi Arist. peripateticorum summus ac postipsum Gal. eius excultor diligentissimus & imitator strenuus, qui nihil intẽtatum reliquit, intelligerent, alia aggressi uta rem quamcunq; suam habere naturam animaduerterunt atq; secundum eam debere tractari, non equidem lumen si quando aliquod obtinent, orationis tenebris obruendum, inuolucris contexendum, ambagibusq; obscurandum, nam neq; ut egregiè noſti. D. eruditiss. elementa rerum numeros admittere posse uidẽtur ut πυθαγορεῖοι, contendunt, neq; Timæi pyramides, nam flamma ignis non est, potius fuliginosum quippiam aëreæ naturæ accensum, neq; unq̃ huius alteriusue elementi hanc illamue certam ueramq; figuram conuinces, ut Arist. atq; Gal. Hippo. secuti qualitates primas rerum omnium effectrices sole clarius demonstrabunt, quare uelim profectò desinant mordere & maledicere, ac summũ utrũ Arist. cũ suo Gal. cũ summis uiris ac de repub. literaria meritiss. dicãt nobiscum, ingenio doctrina, eloquentia, rerũ peritia, prudentiaq; summos, ac cum Cicerone eloquẽtiæ parente Arist. flumen redundãtissimum auro & argento cuius fulminatrix planè oratio turgeat perpetuo scientia atq; sententia, non pueri-

lis

lis nõ labris nascens qualis eorum qui tantis uiris negotium facessere posse sibi persuadẽt, Interea ergo quæscribere sum aggressus, primũ locum obtinuit de spermaticis cum eruditiss. Gal. disceptatio, mox compendiaria Anatomes subsequuta est, qua maximè indigere uidebatur studiosa iuuentus quòd ferè omnes libri anatomici qui passim circumferuntur ac quodammodo probantur ad Gal. usq; indigni profecto sunt, qui uel admittãtur uel in numero eorũ qui frugi & emolumento esse possint iuuẽtuti studiosæ ulla ex parte connumerari debeant aut possint, indigni planè sunt eorum authores, quàm ut matellam præceptori nostro Andreæ (cui omnia referenda) porrigant, postremò acceßit conflictus acerrimus atq; (si dicere fas est) plusq̃ mediocriter erudita contentio de ratione uictitandi ægrorum cum eruditiss. Manardo habita, ubi meo iuditio post longam uerborum seriem perfecimus, ut Hippolaconissmus Galeniq; diligẽtia utraq; purgatissima omnibus deinceps innotescant, ne ulterius ea in parte peccetur ignorãtia, hæc etiam tuo suasu ac pro mea uirili parte aggressus sum D. Amantiss. non enim semel ea saltem anatomica, candore quo tuum clientulum excipere semper soles ex me efflagitasti, quæ uni tibi scribuntur & dicantur, tum quod tantus ingenij candor quem in te Valentini uiri magis ac magis indies admurantur non possit nostram reculam ac nugas quasuis non approbare, tum

quod

quod ſi tibi ut ſpero ſatisfecero, omni literarū genere ut & ſanguinis nobilitate ornatiſsimo, unde arti huic noſtræ medicæ ſcio quantum accedat gratiæ & authoritatis, haud equidem poterit uel audebit ex albo eruditorū quiſpiam uires ſuas experiri in nobis, quantumuis doctus audax ue, tuam ingenij integritatem cum utraque literatura coniunctiſsimam ueritus, dignitatem officij admiratus ut qui tanti habearis à principe omnium quas nouimus (uidi ego quamplurimas eruditas) rebus in oībus ut nobilitate ita & literis politioribus ornatiſsima in cuius laudes prorumpit animus multa dicturus niſi argumenti uaſtitate & rerum dicendarum copia penitus obrueretur, ut te ſuæ ualetudinis curæ præfici uoluerit, Cæteris Flandris, Germanis, quantumuis eruditiſsimis perinde ac Gallis, Italis, & Hiſpanis uiris medicis omnibus haud equidem contemnēdis prorſus neglectis, quòd Princeps eruditiſsima te unum in literis animi candore ueritatis ſtudio flagrantiſsimo, quod in medico primum locum obtinere decet, pietate chriſtiana ut & ſanguine immaculato ut & dulci toto hoc eſt uerè pio atq; chriſtiano (quo maximè hactenus hæc Apollinis ars indiguiſſe uel à Galeni temporibus uidetur) cæteris omnibus præferendum maturiſsimo de more conſilio iudicauerit, quod ſolum de tuis laudibus dictum uelim in præſentiarum, non enim hoc fuit præſens inſtitutum, uerum hoc leui den

ſæ mu-

ſæ munuſculũ & xeniola hæc noſtra cõſueta humanitate Amantiſsimo & integerrimo offerre, ut uiuant tuo genio authoritateq; ſeruata, ut interim maiora molienti meditantiq; indies ante legitimũ partum non emoriantur, Vale felice ex noſtro muſeolo Valentino. Pridie Calend. Auguſti à uirgineo partu. 1549.

De quadruplici Medicorũ vultu. Carmen.

In uarias aiunt mutari Protea formas,
Ex homine fieri nunc equum,
Nunc Aſinum, Mulum, aut fulua ceruice leenam,
Nunc eſſe quidlibet aliud.
Sunt quoq; quæ mutent animantia muta figuram,
Vt Polypus & Camæleon.
Quin etiam retinet uultum non ſemper eundem,
Diana Præſes noctium.
Naturam medicus ſeruare uidetur eandem,
Haud ipſe diſsimilis ſui.
Verum inditio illorum quibus arte magiſtra,
Deſideratam fert opem.
Namq; ubi lœtali tentatur uulnere corpus,
Graniue carcinomate,

quando

Quando manus chiragra, pedes nodosa podagra,
Cruciatue pleuritis latus,
Si pthisis exiccat, uel hydrops humectat & inflat,
Aut morbus alius ingruit,
Vt miserè implorant, votisq; ardentibus optant,
Medicos colentes ut deos.
At simul expliciuit ualidum cataplasma uigorem,
Aut pharmacon efficatiam.
Occipitq; grauem paulùm lenire dolorem,
Iam medicus exutus deum,
Angelicam faciem præferre uidebitur ægro,
Tam subitò plumbea gratia.
Cum pœna decreuit honosq;, affectus, & ingens,
Existimatio numinis.
Quod si iam tepido liceat desurgere lecto,
Et expaciari leniter,
Innixumq; bacillo auram captare recentem,
Continuo erit homo, qui cherub,
Aut seraph antea fuit, quid multis? ambulet idem,
Morbo superato quolibet.
Ecce tibi metamorphosis noua, quanq; ul ipse
Naso poëta maximè
Miretur, monstris quamuis assuetus abundè.
Qui modo uidebatur deus,

Cuiq;

Cuiq; parabantur uerbenæ, & maſcula thura,
Cui conficiebatur tener
Agnus, ut imbueret ſacras illius aras,
Nunc de repente factus eſt,
Dis ater, aut ſi quid ſit dite nocentius atro.
Si namq; uenientem eminus,
Conſpiciat firmo iam corpore debitor æris,
Horret, ſtupet, retrahit pedem,
Haud aliter, quàm ſi nigro cacodæmona cornu
Sibi uideat occurrere.
Hæc nubi quadruplicis faciei cauſa uidetur,
Qua uulgus ægrotantium
Pro morbis pulſis, placidáq; quiete recepta,
Medicos decorat hoc temporis.
Nimirum referens qualem Mandrabulus honorem
Tonantis olim coniugi

De re Medica Dialogus.

INTERLOCVTORES.

GASPAR CIVIS, ANDREAS MEDICVS.

TRAHIT sua quemque voluptas Andrea amātiſsime, quàm moroſum fuit negotiū, quum propter ſeſsionē tam longam tum maximè quòd meam præpediret conſuetam ꝙbambulationem, amœniſsimā planè & qua ſingulis diebus impensè delector: à cœna vel huiuſmodi negotijs importuniſsimis, hoc prędiolum vt vides tam multis herbulis, floribus, ac omni varietate refertum, me plurimum exercet & recreat. AND. & me proculdubio iam tædebat ſeſsionis, et rurſus noſtrę artis moroſiſsima cōditio prohiber, ne perinde ac tu facis conſultè quidem, itidem & ego faciam, ſaluberrimum quippè eſt, à cœna vel huiuſmodi negotijs omne relictum tædium excutere illecebris huiuſmodi, potiſsimū in ruſculo tam ſalubri, tāq; amœno, vbi nullus faſtidio locus, vbi cuncta nitent florum varietate candentibus lilijs, roſis purpuraſcētibus, violis varijs mirè variegatis vndiq; arridentibus, ac tandē vbi nihil deeſſe videntur, quod ſtudioſam voluptatem chriſtianam q̄ decear, quæ præclara varietas quantum video animalcula atq; auicularum omne genus ratione expertia, ve-

a hementer

hementer allicit, ac posset hercle saxa & arbores ipsas; tantum abest vt te non moueat, ac negotia quęcunque importunissima efficiat, quæ te potissimum ab his blanditijs auocare debeāt & possint. GAS. Rem tenes, cęterum vides suburbanū hoc prædiolum quàm vernet ac vndiq; arridens rusticationem faciat amœnissimam, elegantius adhuc quàm elegantiarū latinæ linguæ author vallensis ille vir Italus apprimè doctus affabrè olim depinxit. Quoque argumento nostrā valentinā vrbē huiusmodi illecebris ornatissimam vehementer commendari voluit, quā & Erasmus Roterodamus virille incōparabilis totius reipub. literariæ verus instaurator & parens atq; studiosorum omnium mecœnas optimus, censet in omnibus facile romanæ vrbis æmulam videri debere cum de nostro celebratissimo vt pręclarissimo totius Hispaniæ lumine fulgentissimo Ioanne Ludouico viuete huius inclytæ ciuitatis alumno; ad clariss. Hermanū Coloniēsem canonicū scriberet, Vides itē amniū fontium ductū variū omnia placidè irrigantem, atq; vbiuis naturā loquacissimam, ac passim multa admiratione digna docentē, si talem nacta fuerit qui huiusmodi capiatur, adhuc auocamētis huiusmodi tam multis certum mœroris genus haud possum eximere prę cordijs. AND. Hoc habet in rempub. studium arduū ac plane difficile, vt vel adamātinum temperamētum in melancholicum conuertat, animi est affectus & anxieras, attamē ex viciato habitu vniuersi corporis indubiè contingit, abūdat sanguis excrementis tetris fuligi nosis, quæ quandoquidem adhuc dum retinēt igneam naturam spōte animæ rationalis sedē, quā olim ex Gal. atq; alijs eius classis viris clarissimis cerebri subſtantiam esse intel-

eſſe intellexiſti, contendunt, ac miſerè diuinum vt admirabile organũ ratiocinationi dicatum afficiunt corrumpuntq́, vnde negotium faceſſunt tuis ſanctis ac planè virgineis voluptatib⁹: corporis enim naturã & ſtatũ ſequũtur animi mores, ſi tot talibusq́ heroibus Hippo. Plat. & noſtro Gal. diuis ac pijs hominibus quicq̃ credẽdum ducis, in quorũ omnium mentibus fulgentiſſimis, veluti in ſpeculo puriſſimo atq́ terſiſſimo, natura rerũ tota ad miraculũ vſque perpetuò refulxit, cauſa morbi ea eſt quam dixi à principio, nam tuum alioqui genuinum temperamẽtum, ſemper expertus ſum elegãs, & quod dici poterat maximè accedere ad illam mediã naturam, aliarum omnium canonem atque exemplar, de qua Gal. noſter alibi abundè egit, quòd quibuſdã philoſophis eſſet prætermiſſa, quam nobis iam olim ante Galenum Chryſippus & Ariſto. elegãter cõſcripſerant, cæterum mihi credè, quando eò peruentum eſt, relaxari oportet nonnihil ſtudium hoc, ne totum ſi perſeueres, magno malo reipub. deturbetur & pereat, tunc enim (ſat ſcio quod vt reliqua dixerim citrà affectum) graniſſimum caſum & iacturam irreparabilem commune bonum pateretur. G A S. Multum abeſt ab ſcopo medica iſthęc meditatio tua Andrea ornatiſſ. aliud longe eſt genus morbi, ac rectè tu quidẽ dum de Rarbinis huiuſmodi Hippo. & Gal. ageres, hominibus vltimo loco collocaſti, facile namq́ mihi perſuadeo vel eo nomine quod homines fuerint, & ſi rerum omnium obſeruantiſſimos atque in cõquirendis earundem cauſis circumſpectiſſimos, oculatiſſimosq́, aliquando nec raro falſa rerũ cogitatione deluſos, atq́ ob id nequiuiſſe nobis ſuam artem vſq́ adeò felicem & omnibus nu-

neris absolutam relinquere, vt vos eius artis candidati, vt nobis lepidè imponitis, omnia in numerato teneatis eius artis beneficio, ac omnium rationem reddere & causam ex tempore possitis, earum rerum potissimũ, quæ altiorem atq; maturissimam cogitationem, suapte natura exposcere videntur, Semper, ita me Deus bene amet, Andrea eruditissime, hæc medica libertas, reddendi quaruncumq; controuersiarum propositarum causas quamprimum, idq; sæpe turpiter & admodum infeliciter, fuit mihi haud quidem ab re exosa, nam prętérq̃ quod nobis omnibus imponitis subinde, præter artis alioqui ornatissimæ dignitatẽ, nulla habita ratione officij vestri atque pudoris, captatis ab audientibus applausum ac inanem quandam & nugacissimam stultitiam, aliquid promerendi causa: fermè videmini homines quos appositissimè dicerem græcè Θωμολόχους. latinè propriè exprimere non possum, nisi dixerim, certum scurrilitatis genus affectantes. AND. Di boni, nũc magis meam confirmas sententiam, quid aliud est quæso, de ingenijs & rebus præclarissimis, tam præpostere iudicare atq; ratiocinari, quam deprauatã esse mentis rationisq; sedem & organũ? GAS. Sensim si placet, ne sophisticam illam insolẽtiam, quæ perpetuò veritati obstrepere, & tenebras effundere videtur, aliqua ex parte admittere vel imitari videamur: quæ ob id procul, arcenda, ne rectum propositarum rerum iudicium de, more præpediat perturbetq;. AND. Rectè equidem attamen quis erit obsecro vsq; adeo felici ingenio præditus, vt de heroibus huiusmodi, rebus & ingenijs clarissimis, vel mediocriter ferre iudicium possit? tantũ ab est vt id tuipse sis præstiturus in philosophicis parũ versatus?

ſatus: tua hæc meditatio abeſt procul ab ſcopo Garſpar optime, nã illa mea medica, ſemper mihi arridet, et vera cẽſenda eſt. GAS. Facile crediderim quod dicis, ita natura comparatum eſt, vt ſuum cuiq; pulchrum videatur & ſi turpiſsimum, dixit græca paræmia nonnihil obſcœnè ἑκάστος αὐτῷ τὸ βδέμα, μήλου γλυκίον κνᾶται Interim, tametſi capite affectus vt dicis, memini me ex te olim didiciſſe, veritatem rebus omnibus anteponendam, eiusq; ſtudio flagrantiſsimo, Platonem philoſophũ primum auſum fuiſſe dicere, neq; diuo Hippo. quicq̃ credendum, niſi ratio illius viri dictis egregiè ſubſcriberet, & quod magis adhuc vrget, ex te intellexi aliquando inter diſſerendum olim de rebus varijs, quæ ſe collocutioni familiari ſubinde offerunt, ipſum Hippo. in quibuſdam non paucis, meritò ab eius diligẽtiſsimo excultore vt oculatiſsimo Gal, reprehendi, atq; eundem Hippo. vt erat ingenio candido & libero, ingenuè fateri permulta eſſe in arte ſua medica, in fabrica humani corporis, quæ ipſum prorſus laterent, in quibus perq̃ multis, aliorum ſuæ artis ſtudioſorum vitam longæuã admodum & diligentiam haud mediocrem deſideraret. Ariſt. vero, neq; tanto præceptori Platoni pepercisſe veritatis ſtudio, docent eius viri incomparabilis monimenta nobis relicta, neq; ſtoicis viris quicq̃ condonauit Gal. neq; præceptori Ariſto. vt neque diuo Platoni, cuius tantus fuerat perpetuo ſtudioſus & admirator, quin potius, accenſa frequenter bili, præter ſuam ſuorumq; præceptorum dignitatem, in eos ſcandeſcit admodum inſolenter, ne dixerim ſui immemor, turpiter atque admodũ inciuiliter debacchatur, quod olim vehementer admirabar, cum me leuiter verſarer in ijs

libris quos de decretis Hippo. atq; Platõis inscripsit. Hoc facile crediderim maximum Hippo. Magnũ vbiq; Gal. Neq; naturam nobis meliores philosophos aliquando dedisse. Cæterum vt erant homines in quibusdã labi potuisse. Proculdubio Gal. in animæ nostræ diffinitione turpiter est lapsus, neq; naturam sequutus est perpetuò. Quamobrem neq; ipsi alijsue eius classis viris clarissimis & heroibus celebratissimis. haud temerè crediderim quicquàm, nisi ratio idipsum comprobet, prætereq; quod mihi persuadeo nostro hoc tempore multorum problematum repertam esse veritatem, de quibus isti proceres olim præposterè iudicarunt, vel eo nomine quod veritas sit tẽporis filia, atq; idipsum tempus rerum omniũ sapientissimũ, vt Thales Milesius dicere cõsueuerat, nos postmodum multa docere voluerit, quæ illis seculis inuiderit, alioqui felicissimis, tantum abest vt id quod solum cũ iectura quadam subinde fallacissima assequi poteras, veluti ex tripode dictũ existimem, præterq; quòd vt à principio dicebã, longè aliud sit genus morbi: me inet em̃ nouã Andrea eruditissime, atq; etiã reperiri hodie præclara quædam ingenia, quæ si non æquè multum atque feliciter recenter adinueniãt, de inuentis saltem egregiè ferre iudicium possunt, quod non diffiteor minus multo habere industriæ. AND. Eruditè tu quidem hactenus esrhetoricatus, neq; quod ægrè ferre videar istud est, Cæterũ quod artis elegantissimæ artificiosam coniecturam, qua semper vtitur, minimè esses admissurus, scio artem hanc nostram, nullibi habere demonstrationem mathematicam, attamen habet, vt dixi coniecturam, qua semper scopum attingit, aut saltem proximè accedit, innititur duplici in crure, ratio-

ne & experimento, quæ ambo, raro bene verſatum & vere Hippo. ſuo fine fruſtrari permittent, nam de reliquis in præſentiarum vt perpetuo cenſeo, neque artem omnibus numeris eſſe abſoluram, neq; heroas iſtos noſtros nunq; errauiſſe, quippe in Anatome præter ignorata non pauca, ſecus quàm habent pleraque retulit Hippo. Multa emendat Gal. hippocratica, eius diligentiſsimus excultor, vt olim ex me nõ ſemel audiuiſti, cũ alioqui ſuum Hippo. veluti numen quoddam excoleret ab eoque nihil vnquàm dictũ perperam ſæpe aſſeruerit, Longe eñ aliter pleuritidẽ curari præcipit, neq; illud ab Hippo. Primum & recenter excogitatum de rectitudine villorum ſeruanda in ſecanda vena, inuiolatũ religt, neq; tertiã prægnãtiũ mẽſem cũ Hippo. damnat, & alia pleraq; quæ cum Hippo. ipſo diametro pugnãt. Poſt Hippo. Platonẽ errauiſſe intellexiſti, quãtũ video ex varia Gallectione, atq; Ariſto. Neq; Ariſt. ipſe immunis ab errore, neq; id ſubtexuit Gal. Neq; Gal. defuit cẽſor, nam præter infelices quoſdã hoſes Arabas, Auerroem illum & Auicennam atque eos ſequutos, noſtri oculatiſsimi præceptores, multa in ipſo notatum digna adinuenerunt, multo primum adhibito iudicio atq; delectu, antea quàm quicquàm certi aſſerere auſi fuerint. GAS. Cur eos infelices vocas, quos vulgus medicorum & philoſophorum noſtratium potiſsimum adhuc dum mire commendat & excolit? AND. Nõne infelices iudicabis eos, qui cum admodum feliciter fint nati, optimiſq; ingenijs præditi, didicerint admodum infeliciter? ſuis eñ temporibus iacebat bonarũ artium, melioris politioriſq; literaturæ cultus & ſplendor, omnia veterno quodam obrutaerant grauiſsimo mor

taliũ discrimine. GAS. Quos ergo vocas præceptores tuos, nõne oẽs medici iã communes habetis preceptores? AND. Nequaq̃. GAS. Diuisum ergo habetis imperiũ nostro magno malo, quid enim hæc morosa cõtentio parere potest præter portenta multa, & merã carnificinam? AND. Bona verba queso, tametsi quãtum video vix poteris cohibere orationẽ, sequutus nostratium ciuium & nobilium virorum consuetudinem, quin prorumpas in commune dictum, medicos esse carnifices, vt fures legum peritos, atq; prædones turpissimos. vt vt habeat res, velitis nolitis nobis medicis creditis rem lõgè charissimã, vitam ipsam, legisperitis nec raro imperitis ac malis hominib⁹, bona & fortunas omnes. GAS. Sanè nostro magno malo, vtinam vnica esset ciuilis vt & christiana lex optima, neq; tam multis ambagib⁹ ac labyrinthis perplexa legis prudentia vt bartulos bal dosue explicaturos, ne dixerim implicaturos magis ex posceret, atque medici Valentia vt olim Roma exularent, vt præter nominis consortium (nam quod ῥώμη græcè, latinè robur diceres & quod valentia sonat) hoc haberet cum illa Romana cõmune olim florẽtissima, indubiè melius multo cum repub. ageretur, sic enim illa quondam in immensum excreuit, atq; totius orbis imperium, in multos annos propagauit, nec legibus nostri gothicis planè barbaricissimis exoticisque adstricta, neq; medicorũ deliramẽtis, medicamẽtisq; aliũ dè delatis, corruptis, ac multo fuco & hoim fraude emẽtitis, excarnificata. AND. Egregiè stylum exerces, nonnunq̃ occupat⁹ in maledicẽdo. Quod si seriò à te dictũ arbitrarer, profecto accendisses bilim, nec pepercissem amico, vt nec labori, meas saltem partes medicas tutatus fuis-

tus fuissem pro parti virili, interim tamen, ex te audire cupio, quam artem medicam exulandam censes, veram illam antiquam Hippo. nuper renatam, ac felicissimè restitutam, olim tribulis, spinis, loliocq; miserè cõspersam ac totam conspurcatam? an hanc triuialem empiricam quã nemo non exercet, quæ vt nihil habet artis atque industriæ ita reipub. perniciosissima censenda est? GAS. Deus bone, vnicã hactenus mihi persuadebam fore artem hanc medicam proculdubio, nũc vel eo nomine quod multiplex sit, mihi erit merito exosa magis, nec vulgariter deploranda calamitas, quam hæc multiplicitas inferre potest reipub. Cæterum dicito obsecro quid inter vtramque interfit, vt vtraque animaduersa, consultius quàm hactenus, meæ consulam vitæ & valetudini, rerum omnium meritò charissimæ, vt & bono reipubli. AND. Faciam libenter eocq; lubẽtius, quod vt dicis & reuera est, non parum interfit reipubli. antiquam illam veram hippocraticam, ab alia infelici distinguere, quod in tui gratiam, haud equidem eram facturus, quandoquidem medici nomine, minimè de te sim benemeritus, vt neque ars ipsa. Antiqua illa rationalis quædam ars est quam ferè iam tibi dudum descripsi ad quam alteram expendẽs, deliramẽta hominum quorũdam perditissimorum potius quam artem dicas, quam sues quidam stolidi, medici nomine planè indignissimi, impudentissime exercent, temere merã carnificinam celebrantes, ad scribẽdos syrupos imponendumq; hominibus dũtaxat nati, sequuti suos asellos præceptores thessalicos, Archadicos rugosq; frõtis veteranos sophistas nugacissimos, detractores, insolentissimos, arrogantissimos, temerarios & qui can-

dorem vllum admittere possint, & si velint, quod à teneris, diris monstris portentosisq; deliriis assueti, ea turpitudo altissimè hæreat candoris inimica squisissima, multum enim, vt inquit Fabius, Q. hærēt quę rudibus annis hausimus atque eo tenacius quo deteriora sunt. GAS. Ita habe tres, non minus est bene instituì, quàm benè & feliciter nasci, attamen quos vocas asellos Thessalicos medici nomine indignos. AND. Hos rudes qui vt egregios artifices decet, nec instrumenta sua norūt, neq; humani corporis fabricam diuinam & admirabilem, quam eos oportebat primo loco habere perspectissimam, cui si dis placet mederi satagunt. GAS. Ardua res est tantarū rerum cognitio. AND. Sanè, tantumq; debetur arti medicæ, quantum videtur habere difficultatis, tantumq; ad scribendum illi pulchritudinis, iuxta Græcorū prouerbium Αὐοκόλας τὰ καλά. Nihil est tamen tam arduum atq; difficile, Gaspar humanissime, quin quærendo inuestigari queat, segnities & oscitantia studiorum inimica est, quæ rem suapte natura arduam planè ac non vulgariter difficilem, nobis lōgè difficiliorē reddit, & animos ab ea deterrere & auocare posse facile videtur, non est tamen quod quispiam vel rudissimus animum desponde at intellecta rei difficultate, turpiter enim desperatur, quicquid fieri potest. Quantū enim veteres illi diligentissimi laborum & studiorum patientes & amantissimi, in huiusmodi studijs laboriosissimis, vt vides, promeruerint, docent tantorū heroum monimenta, nuper in lucem & nitorem pristinum restitura, quæ planè nostrā oscitantiam turpissimam redarguūt, præter vtilitatē quā præ se ferunt maximā, docentq; idipsum nostrorū præceptorū recentiorū

studia

ſtudia indefeſſa, hi enim primũ feliciter inſtituti, & plurima recẽter excogitata adinuenerũt et vt dicere occeperã, de inuẽtis ab illis clariſsimis viris medicinę proceribus, vt & totius philoſophiæ, ægregiè iudicarunt, eaq; ſæpe emendata in melius cõmutarunt, quod facilè ex eorũ lucubrationibus ſanè elegantiſsimis cõdiſces, quas tuipſe domi in muſeolo expendes diligentiùs, vbi facilè conijcies, quanti faciendi ſint iſtorum virorum labores: quantumque præſtiterint in rebus tam arduis difficilimisq; quos admiratus nunquàm ſatis laudare poteris, nam me tibi hæc omnia ſigillatim referre, non licet per ocium, præterquàm quod oculatiſsimo tibi eſſet ſuperuacaneum futurum. GAS. Quinam ſunt iſti recenſiores præceptores tui, quibus, vt dicis, tantũ debet respub. literaria? AND. Perq; multi: nam ab eo tempore quo ſtrenue profligata fuit barbaries, & illa ſophiſtica turpitudo malorum omnium occaſio, ingeniorum bonorum nouerca, ne dicam, excarnificatrix truculentiſsima, numerus eorum eruditorum excreuit in immẽſum, Primũ Lutetia Pariſiorũ (quàm libertatem interpretabere ſi etymon aduertas ἀπὸ τῆς παῤῥησίας) ſtudiorum vt ſtudioſorum mater, frequentia diligentia ac rerum omnium copia cæteras vniuerſæ Europæ academias omnibus numeris antecellens, etſi reliquis multum debeatur, nec veniant ſua laude fruſtrandæ, quod ſuos etiam habeant eruditiſsimos alumnos, dedit nobis permultos. Primũ Briſotum illum, qui peſtem barbaram publicè graſſantem primus adoriri eſt auſus, vt ipſum ſequutus Guillielmus Copo nihil non eſt molitus, quo vetuſtatem illam Hippocraticam Peripateticamq; ſuæ Lutetiæ, hoc eſt, renatis, nouisq;

uiſq; athenis inſtauraret, quorum induſtria tandem id Lutetiæ effectum eſt, vt ars medica ſuos duces ſtrenuos atq; antiſtites clariſsimos Hippo. et Gal. noſce et admirari inciperet, atq; à ſe excutere ſæuam illam tyrannidē, qua à multis annis occupabatur miſerè maximo mortalium diſcrimine, nec multo poſt tempore, dedit Anglia florētiſsima ſuum lumen & ornamētum amplisimū, ac decus literatorum omnium, Thomam Linacrum nulla nō laude dignū, & de quo præſtiterit tacere potius q̄ vt de Athenis pauca dixiſſe. Qui vir dū gnauiter cōtēdit, ſuū Gal. latinū facere, in Italia Leonicenū excitauit, virū ſcientiſsimū, expeditiſsimum, præter alios multos, atq; illum Ioannē Manardum, rariſsimæ eruditionis virum Leoniceno cōterraneū. G A S. Sæpè ex te audiui plurimum deberi iſti Manardo quē Ferrariēſem nūc eſſe dixiſti. AN. Ita habet res, namq; vt ſuę paſsim docēt elegātiſsimę lucubrationes, fuit hic vir tantus veritatis amator & admirator, vt exploſa primum barbarie vt operæprecium fuit, vt tandem ipſi veritati patrociniū ali quod adferret, nihil nō eſt molit⁹. G A S. Quid obſecro? AN. Ad ſuos duces & prę ceptores conuerſus, cepit eorū dicta omnia accurate diſtinguere, & vt dicitur, ad cotem diligēter expendere, vbi multo ſtudio atq; exercitio, animaduertit non poſſe ſubinde Gal. ſuum, quem alioqui reliquis omnibus merito præferēdum ducebat, ab oſcitatione defendi, animaduertit itē ipſum & alium quemcunq;, id vnicè curare debere, vt medicinæ & philoſophię decreta, purgatiſsima eua derēt ex ipſis fontibus probatiſsimis, etſi quandoq; turbulentioribus, neq; ipſum aliumue ſuis preceptoribus

veluti

veluti pecunia redempta mancipia, debere inſeruire, ſed veritati dumtaxat rerum omnium merito prętio ſiſsimę. G A S. Quę ſunt ipſi apud Gal. ſuſpecta. A N. Perq̃ multa, quorum aliqua per ſumma capita referã libẽter, ſi modo eſt otiũ, & ſi vis. G A S. Otium eſt primum & ſummũ ac nihil magis expeto, quàm breuẽ vt eruditam direptionem rerum alioqui difficilimarum & ſententiarũ obſcurarũ grauiſsimorũ. A N D. In primis Gal. ſentẽtię de criſimis diebus, minimè credẽdum ducit, comitemq̃ Picum Mirandulanũ eo noſe maximè cõmendandũ, eſt em̃ vt noſti Picus ille vir, liberrimo feliciq̃ ingenio prædit⁹, & vt nobilis, ita eru ditiſsimus, vix alteri ſecundus, multæ lectionis ac omnium horarum vir, & qui iure poterat contendere de ea re, vt & alijs pleriſq̃, cum eruditiſsimo Gal. neq̃ ac cedendũ Gal. vbi tertiũ pregnantiũ mẽtem cõmendat (inquit) neq̃ id poſſe ex Apho. ſtabiliri, imò contrarium, Item neq̃ eſſe ſimpliciter audiendum Gal. in ijs quę de puero epileptico olim cõſcripſit, neq̃ ſatis Ga. exploratam ſerilactis naturam, neq̃ tandẽ eſſe vſque adeo grande nefas, in quibuſdam ab eo recedere nõnunq̃, ac tandem præter reliqua, quod magnus Gal. fuerit, homo tamẽ, ideoq̃ non omnino ab errore immunis, ac ſubindè grauiſsimo, vt in negligendo chriſto vero ſeruatore, atq̃ moſe multũ erraſſe iam pridẽ pręcipitat⁹ in tartarũ agnoſcit, pleraq̃ tibi erã hic allaturus, ſi per otiũ liceret tm̃ digredi. G A S. Quę hactenus retuliſti, non ſunt equidem parui momenti, perplacet Manardus, multũ accedit ad illud Platonis dictũ ſacrũ, nulli temerè credendũ quicq̃, vt neque Hippo. Diuo, niſi idipſum ratio dictitet. arridet planè haud vulgariter

gariter ingenium tam liberum. AND. Nec tibi vnico ſed alijs permultis arriſit Manardus, atque ea ſancta & in rempub. pia & admodũ officioſa contentio & libertas. GAS. Facilè crediderim, nam eã libertatẽ ſcio multum habere candoris, vt ſeruitus barbara ſophiſtarum turpitudinis plurimũ. AND. Iacobo Syluio Pariſino & Regio profeſſori haud diſplicuit, nec potuit Manardus, nec pauca vir ille in Gal. ſuũ, & alios pleroſq; ſubolfecit, eſt tamen adeò ſeuerus & modeſtiæ amator, vt fermè ſubticuerit potius quàm æditerit venerãdus ſenex, ac ſi mihi dicere fas eſt, nimiũ ciuilis ne dicã ſuperſtitioſus, q; pr; nimio ſtudio atq; pudore, pleraq; in ſinu recõdi maluerit q; vt tãto prçceptori Gal. quicquàm detrahere videretur. GAS. Non placet tantus candor, namq; in primis cõſulendum eſt bono reipub. AND. Haud dubiè, tamen id forte ipſi ſeni cõtigit, ne rurſus inde abrepta occaſione barbarorum aceruus & claſsis penè diruta, iterum vires reſumeret, ac impetum faceret in bonas literas teneriores quàm vt adhuc omni ex parte reſiſtere poſſent, tyrannidemq; conſuetam ſecundò exercerent, vt ferè fit in cõflictibus huiuſmodi. GAS. Nihil tenes memoria ex eius viri prælectionibus quibus Gal. emendetur. AND. Perpauca quædã. GAS. Ea profer ſi placet, vt tãtus ſenex tam modeſtus, doct⁹, facũdus & fœcũd⁹, vt ex ſuis lucubrationibus & ex nouſtratibus qui remeant ex Gallia Pariſiorum, olim intellexi, reponatur in claſſe et numero eorum bonorum & eruditiſsimorũ qui perpetuo contẽdunt pro aris & focis de bono reipub. AND. Minimè dicam, neq; in ſinu tuo, nollẽ enim mihi tãtus vir & præceptor venerãdus acriter irаſceretur, quẽ ſemp veneror vt indies magis

ac ma-

ac magis exoſculor, caterū leuiuſcula quędā tu ipſe ex ſuis monimentis intelliges. G A S. Clim propter antidotum Gal. noſtris vſitatiſsimam ac minimè efficacem, quam theriacā magnā Gal. vulgus vocat, me leuiter verſabar in eo Syluij libro, quē Methodū medicamenta componendi inſcripſit, vbi quædā animaduerteram Gal. ſuſpecta, vt illud de vitice, vel agno caſto: nō enim illi quorundā placet dirēptio, quod ex accidenti refrigeret, vt alibi Gal. A N D. Rectè equidem, nam & reliqua calida, frigida ea ratione cenſenda veniunt. G A S. Nō placet iudicium Syluij de ſubſtitutis medicamētis, quia vt metipſe fatetur in Paulo AEgineta ad verbum transfuſa ea reperio, vt & reliqua galenica omnia, quod ſi quicquàm abſurdum interiectum eſt, id mallem expungi, quàm mox iudicaſſe librum nō eſſe Gal. nec placet diremptio de viperarum cauda prę ſcindenda, varius eſt planè in hiſce Gal. Nec methodum componendi pharmaca niſi vndique laceram crediderim ipſum Gal. libris benè animaduertiſſe. Meliorem multo præſtitit ipſe ſuo libro planè vtili vt erudito, etſi ex varijs, Galeno potiſsimū conſarcinatam. A N D. Non ſunt hæc omnia vſque adeo magni momenti, vt virum medicum ſolicitum habere debeant, & quæ nō poſsint in gratiam Gal. amicè commentari, & alio reijci, grauiora multo es auditurus ſi Louanienſem Hieremiam primarium eius academię profeſſorem in medicinis conſulas, atque alterum Bruxellenſem Cæſaris noſtri medicum, Patauinum profeſſorem, ex hijs potiſsimum intelliges quantum Galeno ad ſcribendum autoritatis & eruditionis. G A S P. Sunt admirabiles Germani liberrimi, quandoque tamen vinoſi

tametſi

tametsi diffiteri nequeo, ipsis plurimum debere rem pub. literariã, interim tamen quid isti censent (si eorũ authoritas alicuius est momẽti). A N D. Erant & græculi satis vinosi, habet tamen quæuis patria suos abstemios. præterq̃ quòd aliquando (vt cecinit paræmia græca), ἓν οἶνῳ ἀλήθεια. Hoc ausim intrepidè asserere, Hieremiã illũ olim præceptorẽ nostrũ, frequenter vno verbò longe plura docere, quàm reliquos nostri tẽporis multis chartis, est enim ei⁹ viri precipua gratia, vt pauciss̃imis verbis subinde plurimas cõplectatur sententias, valet precipuè in apophthegmatis, & laconismo planè hippocratico, habet ingeniũ fœliciss̃imũ, probè institutũ, ad quoduis versatile, eruendis expiscãdisq̃ reconditarum rerũ naturis expeditiss̃imũ, quod in illo viro perpetuò sum admiratus, præter dicendi promptitudinẽ ac facultatẽ extẽporaneã de quouis problemate sibi ꝓposito, quã ex multo methodi dialectices vsu & exercitio fœliciter admodũ sibi cõparauit, præterq̃ ꝙ memoria plurimũ valet, vt & humanitate, & animi candore, & studio in veritatem flagrantiss̃imo. At alteri Bruxellensi Cæsareo medico, quantũ debeatur authoritatis atque beneuolentiæ, tu ipse ex suis libris quos de fabrica humani corporis inscribi voluit iudicato. G A S. Quid ergo isti viri celebres, de Galeno suisq̃ dogmatibus censent? A N D. Dicã. Hieremias hoiem passim errasse, ne dicã deliraſſe fatetur, Bruxellensis acriter contendit, Gal. suis illusum simijs, ac quadrupedib⁹ alijs, hominẽ nunq̃ secuisse. G A S. Dij vestrã fidẽ, libertas germanica, non est hoc admissurus libẽter Gal. Nec qui illi ingenuè (vt operępreciũ est) patrocinũ adferre cupiat. A N D. Ego contrà mihi persuadeo si Gal. noui ex suis scriptis, pe

Deum

Deũ neq; ſi viueret qui cq̃ diſsimulari vellet, tãtus erat veritatis amator, namq; eadem eſt hodie doctiſsimis quibusq; mens & animus, ſunt tamen quidã vſq; adeo moroſi atq; difficiles, qui non tã Gal. q̃ ſibi patrocinari volũt. namq; ſi vera fateri velint, vix ægrè ferunt, Gal. Hippo. aliumue ex veteribus redargui, potius quæ ipſi didicerant infelitius, ferre nequeunt traduci & expungi, quæ res ipſa eſt ſuperbia & φιλαυτία, malorũ omniũ fons & qua turpiter cæcutiunt homines ſubinde, iuxta Horatij carmẽ, cęcus amor ſui, quæ indies ſtudioſis tot excitat tragedias, quæ bonis quibuſq; viris ac de repub. literaria meritiſsimis, tot æmulos parit, olim me perplexum habebant Galenica quædam iuboſcura, quæ cũ definiri vellem publica diſceptatione, ſcripſiſſemq; ſæpè ex meorum prçceptorum ſententia (dum tu aberas) Gal. opinionem videri dubiam ſuſpectamq;. Di veſtram fidẽ, Gal. ſtudio vt dicebant (nã ſecus ego arbitror) fremere & ringi cœperũt, tum maximè cũ de more libellis tẽpli valuis, ac alijs locis publicis affixis, ipſam ſentẽtiam Galeno contrariam diſcutiendã in mediũ propoſuiſſem, eſſeq; hominis temerarij, vafri, verſuti, ineptiſſimi, ac omnis ſenſus expertis, dogmatumq; Gal. penitus ignoratiſsimi, etſi quid turpius eſt, ea vti libertate

GAS. Grande nefas, nolle veritatem omnibus præferri. Quid tu interim non referebas penſum?

AND. Tum minus eorũ criminatio atque petulantia turpiſsima in mentẽ veniebat, nõ enim erat mihi, vt dixit philoſophus ille, cũ ipſis maledicẽdi otium, nemo contemnendus eſt fateor, ſed neq; omnibus decet reſpondere.

GAS. Optimè & planè regiũ factũ, ſi tamẽ nihil dixiſſet animus in propoſita diſceptatione in tuam gloriam

vel alterius contumeliã, ſed dũtaxat vt veritas eluceſceret atque vt ab omnibus impedimentis aſſerta, omnibus deinceps innoteſceret, nam reliqua vir philoſophus haud dubie facile contẽnere poterit & debet. Regiũ enim eſt audire malè quum bene feceris. AND. Neque illius ſum melior aut doctior, cæterum mihi ſum cõſcius, in ea diſputatione nihil dixiſſe me vt quẽquam contumelia afficerem, laceſſerem aut maledicerem, tantum teſtis eſt chriſtus, in cuius ſolius finum omnia effuderimus, lucẽ & veritatẽ olim ex meis præceptoribus intellectam aperire conſilium fuit, vt tandem omnia in cõmunem vtilitatem conueterentur. GAS. Vt vt habeat res ipſis potius condolere & meliorẽ mentẽ precari quàm iraſci decet, & ingenuè illorum inuidiæ mederi atq; ſedulo proſpicere, quod fiet cõmodè ſi quædam diſsimulaueris, quædam propter cõmunẽ vtilitatem voraueris: ac quæ nequibis propter amarulentiã, perfundito & attemperato chriſtiana patientia, errores tamen quos veritas perferre nequeat nefas eſt prætergredi, ſedulo tamen cauendũ imprimis ne nobis imponatur & noſtrum iuditium eludatur falſa veri phantaſia, ne noſtram inanem gloriã turpiter cum aliorũ cõtumelia aucupemur. AND. Id primo loco diligẽter quantũ fieri potuit caui, quod facile es intellecturus ex vno vel altero argumento. GAS. Facturus es operæ pretiũ profecto, mihiq; rem lõgè gratiſsimã, ſi vnã vel alteram in Galenũ ſententiã enarraueris, vt inde cumulatius animi tui candorẽ de quo ego planè non dubito, & ſtudiũ benemerendi de repub. certo argumento noſtris ciuibus & amicis facile poſsim aperire & perſuadere. AND. Dicam ſi placet quædam anatomica primum,

mium,mox illud minim: triuiale de his humani corpo-
ris partibus quas vulgus ſpermaticas vocat. G A S.
Haud moror mihi perinde eſt,generaliorē tamē prœce-
dere velim. A N. Rectè equidē doctrinæ ordinē tenes:
Primū ergo de ſpermaticis diſſeramus,namq; prius cu-
iuſque rei ſperma eſt,quàm eius rei partes.

Primum ergo intellige. Duo eſſe noſtræ generatio-
nis exordia principiaue,ſemen & ſanguinem ambo cali-
da atque ex elemētis quatuor Hippocraticis cōſtructa,
ſeminis tamen vis eſt longè maior: at ſanguinis portio
cumulatior vulgus cōſueuit dicere noſtri corporis par-
tes ſolidiores exāgues ſpermaticas,reliquas ſanguineas.
G A S. Quas dicis vocari vulgo ſpermaticas? A N D.
Vulgus eas exangues,nimirum oſſa,Cartilagines, mē-
branas,venas,arterias ac quędā alia,quæ tibi poſtmodū
fuſius exponētur,ſpermaticas vocat, ſequuta Gal. ſēten
tia,qui ratus eas exangues partes cādore & natura tota
ſemini eleganter congruere,ſpermaticas vocare occœ-
pit,reliquas contrà ſanguineas. Quę ſententia dura atq;
ſuſpecta viſa eſt nobis perpetuò, & quæ deberet vocari
in publicam diſceptationē, ac multorum iuditiū ſubire.
G A S P. Rectè equidē, plurimum namque docet rerū
ipſarū conflictus, elaborantur enim res quæcunque ex-
ercentur plurimū,neque torporē rubiginēue vllam in-
ducunt;ac indies magis ſplendeſcunt, ſi tamen conten-
tio fuerit tota ſtudioſa,& multo cādore reſperſa,nō mo
roſa conuitijs ſcatens, contumelijs barbaris promiſcuè
laceſſens, vt erat olim ſophiſtarum,quæ neque docebat
quicq̄,neque hoc erat ſuum primū inſtitutum,ſed potius
omnia confundere,parere portenta,ac tandē veritatiet
ſplēdori tenebras effundere,quid ergo ſucceſſit? A N D.

Dicã libenter, turatã fuimus partes has noſtras, ac poſtmodum, quod iuraſſent in verba magiſtri (ne dicã quid inſolentius) cepit eos libido viros planè doctiſſimos & quibus ego libenter cedo, vt contrariã partem publica diſputatione experirentur, neque eſt meũ dicere infeliciter, namq; ipſi ſuas partes optime egerunt, quædã tamen erãt vtrinque quæ mihi planè parum arridebãt & mea, & ſua. G A S. Hoc eſt peius multò, arbitrabar enim à te repertam veritatem tibiq; ſatisfactũ, quid ergo poſtmodum molitus es? Nam ego nunq; ceſſaſſem niſi alterius partis probe expenſa atque repertarectitudine. A N D. Nihil non ſum molitus ac (vt eſt in prouerbio) omne moui ſaxum, cœpiq; diligentius hãc ipſam Gal. ſententiã, tamq; iudex perpendere, vt ferre poſſem iuditium de re propoſita, ipſiusq; libellum relegere, qui quo lego perlegoq; diligentius, eo magis ſuſpectus occurrit, eoque magis miror tantum virum & philoſophum. G A S. Minime mirandum, Frequenter bonus dormitat Homerus. A N D. Ita eſt, neque ob id quicquàm ita me Deus bene amet arbitror detrahi ex authoritate tanti viri poſſe, erat enim vir ille excellẽti ingenio prẽditus, veritatis cognitione digniſsimus, quam aſſequi ſummopere ſcio cupiebat, rebusq; omnibus facile anteponebat, cæterũ fieri non potuit vt in omnibus ipſi appareret, vaganti ſubinde per tenebras inextricabiles. Libuit poſtmodum Ariſto noſtrũ conſulere, quem longè alium reperio, admittere namq; videtur tantum ſeminis quãdam certamq; facultatẽ qualitatemúe, neglecta ſeminis materia, quod in quibuſdã quodãmodo veri phantaſiam habet. G A S. Arridet Ariſto. opinio, nam mulierculæ noſtrates in ſuis gallinis frequẽter obſeruant

ſeruant, oua ſubuentanea infœcũda, niſi acceſſerit maſculi accubitus, cuius occaſione, ea cõcepta primũ, fœcũda redduntur, alioqui propagationi ſpeciei inutilia, idq; fortè contingit calore & recreatione quadã congreſsus vt cenſet Ariſto. ſeminis qualitate, nõ materia. A N D. Mihi contra, diſplicet Ariſto. cuius ſententiã ſtrenuè refutaſſe videtur Gal. tametſi adhuc maximũ argumentum facere videatur experientia quã dixiſti. Namq; quæ ſubuentanea oua cõcepit, poſt congreſſum fœcunda efficitur, ſupereſt tamen ſcrupulus, quis enim definiat, an noua cõcipiat in coitu, an vetera vt dicis iam antea cõcepta hoc modo fœcundet. Neq; ſi fœcunda oua coitu intermiſſo contabeſcant, ſtatim ſubuentanea eo accedente fœcunda fient, quod ſi cõtigerit, multis referri poteſt cauſis alijs, qualitate enim ſeminis fœmina indubiè plurimum recreatur, ac ad omnia potentior alacrior et magis efficax redditur, neque argumentũ illud, quod ſumitur expoſterius congredientiũ ſimilitudine, vllam habet efficatiam, namq; fœtus à conceptu muliebri, nedũ hac de cauſa, cæterũ alijs pleriſq; figura & forma euariat, quod liberalius es admiſſurus, ſi Plinii philoſophi latinũ audias, ſuo lib. ſeptimo. Neque diſceptatio hic ſolum nobis artexenda de maris ſemine, cæterũ & de fœmine ſpermate. G A S. Oportebat te in re tam difficili atq; perplexa, graſſari per omne genus authorum, adhibito tamen iuditio atque delectu, nam præterq; quod non eſt liber qui non proſit aliqua ex parte, frequenter in mediocri experimur, quod proceres & qui primas tenent minimè omniũ attigere. A N D. Nihil intẽratum reliqui, vt ſaltẽ vel mediocriter in hac re mihi ſatisfacerem, tamẽ præter Auicennã quem neotericorũ vulgus

libere principem vocat, nullum alium reperi, qui nobis ſuppetias aliquot adferre poſſet. GAS. Quid ergo Aui nunquid ſe in hac re principē exhibet? AND. Vt in alijs pleriſq; certi nihil aſſerit, Dumtaxat ſententias refert diametro pugnātes, nullo interim inter vtrasq; adhibito iuditio, atque delectu, vt operæpretium fuiſſet virum tanto nomine dignum. GAS. Dura res homines aſſerendæ atque illuſtrandæ veritati deſtinatos & idoneos, in ijs quę maximè ſunt ſuæ partes, ſegniter ſe gerere, non poſſum non ægrè ferre oſcitantiā, vt veritate cognita & reperta vehemēter recreari, nullus enim ſuauior animo cibus, quàm veritatis cognitio. AND. Placuit ergo ob id more dialectico rem ipſam altius repetere atque inquirere, & à plantis lōgius exordiri, in quibus nemo non videt partes vniuerſas, ex earum ſemine initiū trahere & quaſi ſtabiliri, deinceps vero ex terra vberius alimentum eruere. GAS. Satis eſt hoc cōmune & triuiale paſsim, habent tamen parū commertij plantæ cū animalibus ipſis, in ijs potiſsimum quę generationē ſpecierūq; propagationem ſpectant, namq; & ſemine variāt, & ferè tota natura. AND. Deluderis planè, nā & in plantis authore Theophraſto viro in conquirendis rerum cauſis circumſpectiſsimo, diuerſæ partes reperiuntur, quarū quædam carnoſis, quædā ſolidis noſtris eleganter congruūt ac reſpondere videntur, cum tamē omnes nō aliunde quàm ex ſemine ipſo initium trahant, quod & ſeminis nomenclatura indicat, id enim ſemē dicimus ex quo aliud naſcitur, quamobrem ſemini vtrumque partiū genus referendū ſemper duxi, quod ſi alterius tantum, potius principalium viſcerum, quàm ignauorum quorundā appendicum, quippè cor,

hepar

hepar,cerebrũ, instrumenta prima elegantissimaq; censeri debent,ossa,venæ arteriæ,ex his quodãmodo orta, aut saltẽ accessoria quædam. Præcipua enim corporis vis à visceribus illis proficiscitur,neque in solidis similitudo tantũ conspicitur,sed & in carneis,qui ergo solida ex solo semine fiunt? aut similitudo immittatur rationẽ seminis? Hic tamen magis periclitatur eorũ opinio qui in nullã materiæ portionẽ semẽ abire volunt,cuius sectæ author est Aristo.GAS.Indubiè Aristo.Discipuli argumẽto vix poterit satisfacere ex analogia plãtarũ desumpto.AN. Sic mihi visum est ꝓpetuò, plurimũ posse discipuli argumentũ, tamẽ nostrã sententiã propius arguere videtur ipsa aiantia quæ exouis eruũt suã prolẽ, quippè hic si placet dicam⁹ ex Gal.sentẽtia, putamẽ & interiorẽ membranulam fieri ex semine, nũquid reliquum ouum fiet ex solo sanguine? hoc nemo audebit dicere, non tamen deerit qui ouum distinguat, & luteũ sanguini, albumen & testã semini cũ membranula adscribat,testam ex viliori,albumen vero meliori,mox ex albumine gignet partes solidiores, reliquas ex luteo. GAS. Placet ratiocinatio. AND. Ea fortè displicet Aristo. namq; quorũdam oua ipso referente nihil albi continent,& in ijs quæ albo & luteo distinguntur,nihilo magis in vno quàm altero seminis materiã admittit, quippè vt metipse fatetur,hoc semen genitale,vt & reliquorum animantiũ,à principio albũ exiſtit,ex quo ipsum ouũ primũ cõspicitur cãdidũ, mox rubrũ atq; cruẽtum,deinde luteũ & flauũ totum efficitur,atq; ipso iam amplius aucto,interior pars lutea,foris ambit candida: quare plerisq; suspectꝰ Aristo.qui ex luteo potiꝰ quàm albo totũ pullum generari contendit,nam primũ quod

exordiũ ſumit ex ſpermate, vitellus eſt, ac non niſi tandem ipſum albũ diſtinguitur, cæterũ aliàs fuſius de hoc probl.emate agetur, nunc ad propoſitũ intermiſſum redeundum, ne nihil diſtinguẽtes, omnia turpiter cõfundere videamur, nihilq; docere. GAS. Id mihi pergratum erit, vel eo nomine quod parũ verſato in naturali hiſtoria, ſuboſcura videatur de ouiparis ratiocinatio, ac me planè ſubterfugere, quũ interim arrideat primi propoſiti ſuſcepta tractatio. AND. Non potui cohibere orationẽ, quin nõnihil digrederetur, cæterũ adpropoſitum reuertamur, namq; ſiue ex vitello alboue pullum eruas, noſtra hactenus nihil intereſt, nam vtra ex parte pullus enaſcatur, quòd ea plus habeat ſeminis & melioris eſt maximè neceſſariũ, ita & in homine fortè ex abiectiore ſeminis portiuncula, oculi initium capient, ac quædam aliaignauiora minusq; principalia, præſtantiora verò, qualia ſunt interna viſcera, ex optima ſeminis parte, eaq; elaboratiſsima. Rudimẽtum tamen omnium perpetuò ſemini vt in plantis referendũ, incrementum verò & nutricatio ſanguini, ſpacio enim tẽporis, ſemen affatim ſanguine perfunditur, liberaliter nutritur, qui in variis partibus, variam ſubit formã & metamorphoſim, quo fit vt variæ partes, variam ædãt naturã, & fortè ſemen longè aliam induit formam quàm prius habuerit, quippè lac ipſum, in ſanguinẽ vertitur prius quàm fœtus eo nutriatur, ac in oui luteo, nulla eſt vlterius ſeminis nota, ſed & albumen dicẽte Ariſto. tandẽ pallidum efficitur, cui ſentẽtiæ accedit proculdubio Hippo. initio libri de natura fœtus, quiſextodie, quod continebatur in col apſo panniculo ſeu mẽbranula, rubicũdum inuenit, & rotundũ quodammodo, tametſi longo poſt tempore

pore ex Galeni ſententia cerebrum ex ſemine ſolo pro creari debeat, proculdubio, aut omnibus ſimpliciter, aut ſaltē præcipuis potius quàm ignauioribus corporis partibus, ex ſemine nutrito, & ſanguine vnito, operæpreciū eſt fundamentum ſternere, non vt Galenus contēdit, potius cerebrū quàm hepar & cor, primum exordium capiet ex ſemine, namq; vel ipſo Galeno aſſerente contra Eraſiſtratum, carni ipſorū viſcerum potius quàm venis & arterijs debetur, referēdumq; eſt, vniuerſi ſanguinis artificium & elaboratio ſpirituū, qui ergo veriſimile eſt corporis noſtri elegantiſsimas partes præcipuasq;, ex ignauo atq; inartificioſo ſanguine originē trahere, viliores verò, ex elaboratiſsimo ſemine? GAS. Sanguis qui probe ſit affectus, multū mihi videtur habere artificij, vt inde exordiū ſumere poſsint præſtantiores partes. AND. Verùm, tamen multū interest, inter ſanguinē & ſemen, namq; vel ipſo Galeno dicente lib. j. tuēdæ valetudinis, ſanguis plurimum habet terreę ſubſtātiæ, ſemen contra parū terreæ, multum aëreæ atq; igneæ naturæ, quod planè verū eſt, atq; ob id natura terreſtres illas partes, quas ſolidas dicimus, ac vulgo vocari ſpermaticas, exterreſtri ſanguine eruet, reliquas verò ex ſemine potius excitabit primū, hoc quippè certū eſt, naturam nihil agere temerè, ſed in omnibus materiā ſibi deligere magis idoneā videtur tamen Galenus lib. de ſemine argumentum hoc, præteriſſe ex induſtria, ac planè diſsimulaſſe, ſicq; ſemen craſsius dicere, ſanguinem verò tenuiorem, ruſſus ſemen glutinoſum & tenax, ac proinde oſsium generationi magis idoneum. GAS. Rectè quidem Galenus, niſi obſtaret nōnihil quod dicis legi apud ipſum lib. de tuenda valetudine. AND. Imo præterq;

quòd varius eſt,& minimè ſibi conſtans vt vides,argumentum hoc nullũ eſt,namq; oſſa dura,craſſa,non tamen glutinoſa dicentur:neq; quod glutinoſum eſt,mox craſſum neceſſum eſt eſſe, omne enim humidũ aëreũ pingue eſt, non tamen obid, oſsiũ generationi idoneũ magis,quàm terreſtre ſiccũ. G A S. Placet profectò ratiocinatio,videtur Theophraſti ſententiã ſtabilire. A N. Ita habet res, eſt enim veritas huius naturæ, vt omnia ſibi conſentire videãtur,falſitati verò cõtra obſtare omnia,ac ipſi quoquo ſe vertat,paratum adeſſe offendiculum,atque impedimentum:ſupereſt adhuc Herculeum argumentum,ex oſsium alimẽto deſumptũ, namq; nemo ambigit,nutriri oſſa terreſtri ac melancholico ſucco, nõ equidem pinguiuſcula atq; oleaginea ſanguinis portiuncula,ex qua obiter adeps ſuccreſcit,rametſi Galenus lib.j. Apho.(res profectò admirabilis)ex hac aërea humiditate,ſolidiora gigni velit. G A S. Quib⁹ rationibus Galenus ſuã ſententiam confirmat? A N D. Perquàm multis,primũ dicebat ſe id colligere,quòd huiuſmodi ſolida nõ regignerẽtur, verum idipſum præterq; quòd non contingit ob eam cauſam à Galeno excogitatam,nimirum,quod ipſorũ materia deſit,quin potius quòd eorũ natura imbecillis exiſtat,cuius rei argumento eſt quòd quædã ſolida quibus nutricatio fœliciter cõtingit,aliquãdo reponũtur, Galenus ipſe in magnis vlceribus,venas procreatas vidit,atq; alios teſtatur vidiſſe,lib.j.de ſemine. Dẽtes omnib⁹ grãdioribus innaſcuntur,quod obid contingere eſt certiſsimũ,quòd alimentum in maxillis ſenſim colligatur,ac in dentis naturam paulatim concreſcat & alheat. G A S. Admirabilis eſt planè ea res de dentibus,qui grãdioribus innaſcuntur,

ac inter

ac inter philoſophos quãtum video ſatis perplexa. AN. Nulla res tam varia, ferè ſinguli ſingulas proferũt ſententias, & cauſas reddũt quarum fermè omnium falſitatem ex varietate facilè deprehendes, alij nugantur in is locis genituræ in multos annos integram ſeruari, alij partim ex ſanguine partim ſemine ipſos ſolos gigni autumant, alij verò aliud commẽtantur ſubterfugium potius, quàm ratione aſſequãtur, namq; hoc nemo diſſitebitur dentes quoſcunque, oſſeã habere naturã reliquis oſsibus cõmunem, præterquàm quòd hæc prædicta ſit ſenſu magis exquiſito, reliqua vero longè obtuſiori aut prorſus nullo, vt hoc Galeno donemus, oſſeã naturã omnino eſſe ſenſus expertẽ, tametſi cõtrouerſa ſit res & ſatis dubia, quum non deſint celebres viri, medici, & philoſophi, qui ſecus iudicẽt, in præſentiarũ tamen ſatis fuerit intelligere, dẽtes eſſe multò duriores venis arterijs, & mẽbranis, eſſeq; perinde atque hęc exangues, tamen ex quacumque re eos poſtmodũ regeneraueris, ex eadẽ omnes à principio exordium poſsũt accipere. Neque ratio ex orũ cãdore, vllam habere videtur efficaciam, nihil enim credendũ colori, vt metipſe Galenus alibi ſæpe aſſerit. atque eadẽ ratione, qua exrubicundo ſanguine nutriuntur, multas formas ſuſcipiente, eadẽ regenerari atque à principio formari poſſent. Rurſus cerebri ſubſtantiæ bona pars extima, & certa quædam alia neque alba ſunt, neque rubicunda, liuida potius, quid ergo dicendũ erit? Excogitãdum eſt profectò Galeno, tertiũ genus principij, quod nec ſanguis ſit, neque ſemẽ, taleq; nullib. habetur. GAS. Vtitur ne alijs adhuc argumentis hiſce efficatioribus? AND. Alteram rationem ex ſemine colligit, nimirum quod in teſtibus

ac vaſis

ac vasis spermaticis, vbi per varios anfractus cõplicã-
tur, habetur semen veluti earũ spermaticarum partium
alimentum elaboratũ: hæc tamen ratio eneruis est, atq;
inefficax, namq; ferè partes omnes glanduloſæ, alio nu-
trimento recreantur, alio veluti excremẽto abutuntur,
indubiè vbera ex superfluo sanguine lac generant, non
planè quia eo perfruãtur, cæterũ quia in ipsis diutius co-
pia immoratur, nã sanguinẽ quẽ in substãtiam suã trãs-
ferũt, & loco collapsæ reponũt, nõ equidẽ in lac, sed ro-
rem, more aliarũ partium commutãt, atque is ipsis pro-
ximè assimilatur, postea q̃ verò, illis est satisfactũ, circa
reliquã partem redundãtem aliter afficiũtur, quæ in lac
libenter & assatim cõuertitur. GAS. Rem narras ad-
mirabilem & inauditã planè, veritati tamẽ maximè si-
milem. AND. Id idem & in testibus ego euenire puto,
quamobrẽ non in quibusuis venis similem substãtiam
reperies, cæterum dũtaxat testibus proximis, proculdu-
bio non vt Gal. coniectatur, quòd hic cõplicatæ & per
anfractus ducantur, alibi verò simpliciter & rectę, ve-
rum quia hãc facultatẽ affines venæ à testibus mutuã-
tur. Ad hęc in pueris nullam talem materiam reperies,
cum tamen promptius multò atque felicius in ipsis so-
lida augeãtur, amissa regenerentur, solutaq; tenaciter
arctissimeq; coalescãt, quod nequit in viris ipsis semine
turgẽtibus, tãdẽ in qbus exacti sunt testes, nulla relinq-
tur seminis portio, neque ob id solida decidũt, quin po-
tius augeri satagũt, & quãdoque satis feliciter accresce-
re ac bellè, & viriliter promoueri videmus. GAS. Indu-
biè nã vel in hac nostra Ciuitate, aliquot habemus spa-
dones potissimũ cãtores, quibus Hispania nostra dum-
taxat vtitur libenter, in ea exclamatoria & maximè tea-

trali mu-

trali muſica, qua eccleſiæ & principes vtũtur, ſatis viuido colore præditos, atque egregiè adoleſcẽtes. A N D. Ita habet res, interim omniũ oſſa medulla nutriũtur, nõ planè optima ſanguinis parte, quæ ſemini eſt principiũ, ſed feculenta, melãcholica, ac planè terrea, neque vnq̃ crediderim Gal. medullã oſſiũ, aut ſemen eſſe, aut eiuſdem facultatis, quippè neque alius hoc dixit, neque ego coniectare poſſum, neque patrociniũ vllum huic ſentẽtiæ reperio, prꝛterquàm quod vulgus, neſcio quam vim & facultatem ſeminis, medullæ tribuit, quòd fatigatos, atque exolutos venere immodica, vacuis oſſibus aſſerit, medullamq̃ venerẽ proritare, & rabidos reſtituere arbitratur, cui vulgatæ ſentẽtiæ ratio aduerſatur, atque eadem iamdudũ ab Ariſto. eſt exploſa, nec mirũ quod ita præpoſtere de medulla vulgus æſtimauerit, quũ graues medici & philoſophi, cerebri ſubſtantiæ eandẽ vim & facultatẽ adiudicent. G A S. Memini me olim apud Philippũ Melanchthonẽ germanum legiſſe, ſemen ex vniuerſo corpore in congreſſu affluere, indeq̃ contingere, vt proles parentũ notas contrahat, quas cruribus capite alibiue affixas parẽtes ipſi habeãt. A N D. Equidem ingenuè fateor, eos qui veneri plus æquo indulgent, parum his cerebri eſſe reliquũ, non tamen id accidit, quia cerebrum ſemine conſtet, aut plurimum eius diffluat in venere, quippè, vel eam quam dicis Melãchthonis ſententiam alioqui antiquiorem & abſurdã, alibi Gal. ſtrenuè refellit, cæterũ quia ipſius cerebri nutricatio, quemadmodũ & aliarũ partium plurimarũ, immodica libidine & vſu nimio venereo extenuetur, cerebri tamen magis, propterea quod mollis cum ſit & lubrica maximè, promptè re.abatur & pereat, rurſus quia frigido tem-

dò temperamento prædita atque exanguis, admodum difficulter reponatur, tamen aliàs de hac re agetur fusius per otium. Multa enim vulgo dicuntur, quæ si diligentius paulò scrutatus fueris, deliramẽta potius quàm aliud quiduis esse deprehẽdes. Nemo tamẽ adhuc dum ausus est dicere, semẽ esse medullam, quod si quispiam pertinaciter & nimis morosè id velit contẽdere nõ video cur nobis non liceat etiam, rorẽ ac reliquas sanguinis mutationes, eo nomine appellare. G A S. Eruditè tu quidem rem ferè ad vmbilicũ vt dicitur vsque deduxisti, tamen non sunt fruſtrãdi sua laude, qui ingeniosè & acutè Gal. patrocinari studẽt, namq; & ingenuè faciunt, & longè maiorem ex contẽtione sibi comparant eruditionem, ac sensim (quod maxime probandum) rebus difficilimis, altioribusq; ingeniũ feliciter assuescũt. A N D. Mihi eos commendari cupis, quos lubens vel eo nomine exosculor impensè & eruditiores censeo. Quod ferrè nequeo est, quod morosius paulò velint rem hanc tractari, neque abstineãt conuitijs quod inter philosophos vides quàm sit turpissimũ, & deuouẽdum, cæterum in hac tibi primum proposita & vtcunque enarrata in Gal. sententia, quid mortuo faciant nescio. namq; Gal. simpliciter partes carneas solo sanguine, solidas verò semine, idq; perpetuò nutriri affirmat, vbi facilius commẽtationem esse admissurus, si solida ex sanguine tantũ generasset, saltem eius sententiæ redargutio & refutatio fuisset longè difficilior, neque est necesse nutriri semine quæ ex eo fiũt omnia, nullæ enim plantæ eo nutriuntur cum tamen omnes ex eo fiant, quod vt à principio dicebã, euenire puto in ipsis animalibus pari æquaq; ratione. G A S. Quid ergo est quod vulgus di-

gus dictirat, ex ijſdem omnia nutriri quibus generẽtur. AND. Id tibi intelligendum eſt haud quidem ſimpliciter, ſed nutriri ijſdem genere, nõ tamen ſpecie, vel accidẽte, quemadmodum & ſemen & ſanguinem eadem appellamus. Proculdubio Gal. paulo tutius ſuum dogma reliquiſſet, ſi ita de partium nutricatione commentatus fuiſſet, neglecta vulgi ſententia, attamen cum ex ſemine ea nutriri contenderet, reliquit ſententiam maximè periculoſam, præterquàm quod inconſtans videtur, nam libro de ſemine, inuenis teſtibus proximis, ſemen veluti nutrimentum præparari elaborariq; dixit, alibi vero ſedimẽ quod in loto reſidet, opus venarum idem ſperantiũ aſſerit. Nũquid ſemen & ſedimen erunt ne eiuſdem rationis? aut vtraque familiare venarũ alimentum? alterum ſanè fateatur neceſſum eſt. GAS. Res eſt planè admirabilis, plurimum tamen mihi videtur eſſe diſcriminis, inter teſtium & venarum naturam. AND. Haud dubiè, atq; adhuc vlteriꝰ in plantis quid dicam neſcio, namq; ridiculũ eſſet, hic pro ijs partibus, quas ſolidis reſpõdere dixit Theophraſtus, nutrimẽtum excogitare, quod ſeminis rationẽ obtineret, multa poſſem hic impręſentiarũ argumenta congerere in vnum acceruum, cæterum tibi rerum dialecticarum minimè imperito, ſatis fuerit quandam epicherematũ formam propoſuiſſe. GAS. Fuit oratio hactenus. Andrea ornatiſsimè, erudita verè & elegãs, mihi tamen quod verum fatear ſubinde difficilior, quòd minimè nouerim res, quas verba peregrina quædam ſignificant, quibus frequenter es vſus inter diſſerendum, nec tam multa problemata quæ paſsim ſeſe tibi offerebant, eam mihi facilem reddebant, quin potius inintelligibilem. AN. Nimis multa ex profeſſo erant tibi explicanda vt rem

totam

totam ad vnguem teneres, attamen ne tantarum controuersiarũ labyrinthum ingressus, nihil iam præstitissem, vt sæpè contingit, iis qui dum paulò intricatius rem tractare cupiunt, ex vno in aliud relabuntur problema, visum est potius id in aliud tẽpus differre, neq; volo te vno die doctũ fieri, sed multis potius, festinandum est lentè. Eras intellecturus præter quędam de seminis materia, atq; ipsius ab aĩalis partibus, sedibusq; decisione, ac valorum seminaliũ ductu, numero, ortu, forma, insertione, acetabulorũ in vtero essentia, sanguinisq; menstrui natura, fœtus enutritione, inter primarios medicos ac philosophos innumeras dissentiones, ac diametro pugnantes sententias, de fœmineo semine, & quæ testiũ conformatio, & nunquid ipsi gignant semen, vt innuit Gal. num vero tantum, planarũ quas textrices suis telis appendent vicem, ex Peripateticorũ sententia gerant, harum rerũ omniũ difficilimarũ censura, & iudicium, erat nobis vna opera persequendum, vt adhuc reliqua prætermitterẽtur mille, de fœtus formatione, ac quando masculus, quando fœmina producatur, item de similitudine prolis ad suos parentes, atq; signis, vt tandem ex his penè infinitis, exquisitè propositum inniotuisset, quod neutriquam fieri poterat, quòd in quibusdam, quantumuis etiam sedulò naturæ opera expendas, nihil quod omni ex parte verisimile videatur, adinuenire poteris, nisi in alicui⁹ verba turpiter iurans, tuos oculos passim deluderes, quæ fuit occasio vt pleriq; tot portenta, atq; plusq̃ aniles fabulas, turpiter inuexerint, tum etiam quòd in anatome minimè esses versatus, quam mihi persuadeo tibi & alteri cuiuis tam multa hęc problemata, cõmodius aperire posse, quàm

alteram

alteram quamcunq; diligentiam, plurimū namq; poteſt humani corporis ſectio artificioſa, diligensq; inſpectio. GAS. Si benè memini à principio in anatomicas es mihi aliquid pollicitus. AND. Ita eſt vt ea anatomica quæ dixeram in Gal. vt & id de ſpermaticis, vnde auſpicati fuimus, tibi vtcunq; innoteſcerent. Cæterum idipſum quod alioqui vehementer expeto, neutiq; præſtare potero, tum quòd non adſit nobis cadauer humanum, tum quod nec tempus eſt ſatis oportunū, æſtuat iam vt vides impensè ſol, & intercipit huiuſmodi exercitium, corruptelam inferens cadaueribus peſtiferam, & quæ indubiè alijs anatomicis exhiberet noſtra membra excarnificaturis. Si id verbis dumtaxat fieri velis, quandoquidem aliud impreſentiarū non licer, compendiariaq; ratione ſolaq; partiū enumeratione permittas, præſtabo quod potero, & curabo in tui gratiam ſic breuitatem orationis attemperare, vt nobis non pariat nimis multam difficultatem, iuxta carmen Horatij breuis eſſe laboro, obſcurus fio. GAS. Age ſi placet, nam mihi vt vides ſatis fuerit, has res tenere per ſumma dumtaxat capita: non enim futurus ſum medicus, ſeruato tamen ordinem perpetuò: nam is eſt qui me longe plura docet, quàm aliud quiduis. AND. Seruabitur quantū fieri poterit, neq; res vlla mihi vnquam æque chara fuit ſemper, dum diſcerem ac docerem aliquid ipſo ordine, is enim eſt cuius beneficio omia tametſi varia, tenaciter hærent, & in perpetuum retinentur, eademq; collapſa facilius reſtituuntur.

Ergo à natura oſsium exordiendum, ſic enim Gal. qui tam multa anatomica nobis cōſcripſit, faciēdum eſſe præcipit lib. primo & iiij. admi. Anato. Hiſce fer-

mē verbis. Ossium sanè structura, seorsum nobis exposita est, atq; oportet te libro illo, quo hæc tractātur prius perlecto, non res modo, verum nomina illarum veluti innumerato habere, ne in præsenti cōmentario, si quod in sermone incidit, interp̄tari cogamur, hactenus Gal. quod sanè multū rationi cōsentit, nāq; multarū rerū inspectionē diligētiorem, in humana fabrica (quæ nobis potissimū debet esse curæ), ꝓrsus ꝑturbari, nisi quis ꝓbè ante quæ ossa spectāt sedulo tētauerit, nemo est qui ambigere possit, in ijs quæ multorū musculorū, eorūdemq; eneruationū insertionē, ossib⁹ ipsis, eorūdemúe ꝓcessibus, appendicibusq; spectāt. GAS. Scripsit aliquādo Gal. seorsum de ossib⁹? AN. Maximè, circūfert Gal. liber de ossibus, breuior quàm eruditus, nā multa ex eo libro, in sceleto humano Gal. ignorasse deprehēdes. GAS. Quid ita? AN. Crediderim sanè, vel quòd studiū & diligentiā collocauerit tantus vir, potius in inspiciendis cadaueribus quadrupedum exsicatis, quod facile conuincerem ex eius monimentis, in quibus quadrupedum passim meminit, vel quod vt ipse ingenuè fatetur (tantus erat veritatis amator) nusq̄ dissolutū osseum cadauer humanum, et emundatum tetris ligamentis membraneis (quę vehementer omnium articulorum rationem & inspectionem inpediunt) intuitus fuerit, aut sibi parandum curauerit, aut aliunde constructum habuerit, tantum inspexisse fatetur, aliquod humana ossa dissoluta, monumentis reperta, aut ligamentis denigratis adhuc connexa, aut cadauer illud agminis impetu tractim ductum, & latronis sceleton paululum extra viā in mōte procumbens, quem viator rennittens occiderat. Quę omnia, non poterant omni ex parte, ossium naturam

ipsum

ipsum docere. Multa namq; in his cadaueribꝰ decidũt viciatur carie, & ligamentis tetris resiccatis, appẽdices aliquando relabuntur, vt tandem solum in sceleto tibi diligentissimè parato, ex humano cadauere recenter emortuo, eaq; diligentia qua operæprecium est dissoluto, omnibus vel minutissimis sedulò asseruatis, alijs parum coctis, alijs magis vt res expostulat, citra labẽ, vicium, impostura mue aliquam, fis tantum inspectur eorum omnium fabricam admirabilem, & minutissima quæq;. GAS. Rem profecto narras admirabilem, vix tamen assequor quod dicis, quid vocas sceleton? AND. Sensim omnia tibi suo ordine explicabuntur, quando tantus es ordinis studiosus & obseruator. Os tamen primum quid sit intellige. Author definitionũ ex Platone medullam esse os inquit, quæ calido concreuerit, alijs est terrena concretio quædam, solida sensus sanguinisq; expers, durata substantia, aliarum omnium humani corporis partium veluti fulcrum & sustentaculum validissimum, vt & Gal. visum est, libello de ossibus &. 2. temp. vbi os, omnium quæ cutis operit durissimum, sensusq; expers arbitratur, præter solos dentes, quos cap 5 lib. 5. Comp. phar. par. sensu prædictos, vt reuera est affirmat. Sceleton verò Græcanica est dictio, cui nulla simplex Latina respondet, diceres assiccatum cadauer τὸν σκελετὸν, ἀπὸ τοῦ σκελετεύω quod est arefacio, totam molem, & fabricam osseam, nos sceleton dicere iam cõsueuimus Latinè, vt pleraq; alia necessum est nos subinde ex Græcis Latina facere, potissimum in ijs quæ anatomẽ spectant. Distinguendæ sunt iam tibi humani corporis partes, in similares sensuue simplices, vt ossa, cartilagines, ligamenta, fibras, mem-

branas.carnes, adipem, & diſsimilares inſtrumẽtarias ue:quales ſunt vena,ateria,neruus,muſculus, digitus, & reliqua totius corporis organa,quæ eò magis inſtrumentaria fiunt,quo pluribus tum ſimilaribus,tum inſtrumentariis partibus componũtur,vt manus, caput, femur,tibia,oſſa tamẽ vt dixi,duriſsimæ aridiſsimęq; vniuerſi corporis partes exiſtunt, cartilagines oſsibus molliores, duriores tamen reliquis omnibus partibus & quæ quodãmodo vicem oſsium gerunt, quorum vtrorũq; beneficio, totũ corpus ſuſtinetur ac ipſis optimè omnia adnaſcũtur,aſtabiliunturq; ipſa tamen prętereq; quòd admodum varia habent nomina,variè admodum ſibi cõgruunt,& coarticulãtur,quæ prius debent tibi vtcumq; explicari, anteaq; eorũdem enumerationem ſuccinctiſsimã intelligas.Si tamen cupis ordinem docendi accommodatiſsimum minimè violari.G A S. Sic fiet dumtaxat, vt oleum & operam non omnino perdas,alioqui omnia mox decident,q̃uis eadem ſæpe inculcaueris. A N D. Intellige ergo, veteres Græcos quorũ nominib⁹ erit nobis frequẽtius vtendũ κόλων dixiſſe,quod artus nos & membrũ Latinè, ἐπίφυσιν quam Latini appendicem,applantationem, additamentumue vertunt, eſtq; os alteri oſsi adnatum, peculiarem habens conſcriptionẽ, neq; illius oſsis cui cõmittitur vera portio,quales habentur ſæpe in humano ſceleto ἀπόφυσιο, eſt Græcis quod nobis proceſſus, ab appendice diuerſus,etſi græci quandoq; ἐπίφυσιν cũ ἀπόφυσι confundant, nobis erit perpetuò apophyſis, oſsis pars extuberans excreſcens ue, nulla altera ratione ab oſſe diſtincta, κορώνη Cornix quibuſdam eſt dicta,veteres Greci proceſſum intelligi volebant,quem

ad arcus

ad arcus cornu, & incisionē vbi neruus sedet, referebant qualis habetur in inferiori maxilla vtrinq; vnus, cui tēporalis musculi tendo validissimè inseritur, κεφαλὴ Latinis caput est, idq; manifestè protuberās, nāq; obscura capita, & interim nonnihil excauata, dissectionum periti, κονδύλους videntur appellare. ἄρθρον idē quod nobis articulus, κόνδυλον Latini vertūt articulū, nodum, caput, gibberum, & quandoq; digitorum ossa, τράχηλος καὶ ἄφκυν. collum & ceruicē vertunt κοτύλη & ὀξύβαφον latini pyxidem & acetabulum vocāt, sunt altius excauati sinus admodum conspicui. γλύνη cōtra superficie tenus exculptus sinus est. ἴτυες ὄφρυες, ἄμβονες χείλη Latinis supercilia & labra nuncupātur, sinuū profunditatem augentes. βαθμίδες, is sinus est qui firmamenti ritu, vltra modū os distrahi haud sinit cuiusmodi vulna excipitur, externa internaq; humeri parte, σπονδυλος Græcis quod nobis vertebra, huius ergo osseæ fabricæ partes talia sortiuntur nomina, ipsę tamē inter se variè congruūt, nam vel cōmittūtur structuris quæ motum ædunt, eumq; manifestum vt femoris tibiæq; os, vel quæ motum quidem habent, obscuriorē tamen vt astragulus cum osse scaphoidi, & tarsus cū pendij ossibus, aut prorsus immobiles manēt: committuntur em̄ vniuersa ossa inuicem speciebus septem articulationū, Enarthrosi, Arthrodia, Ginglymo aut Gōphosi, Sutura, Harmonia, Simphisi, quarum primæ tres motui dicātur, reliquis motu quouis prorsus destitutis, est em̄ Enarthrosis in qua simplex caput protuberans, simplici sinu, eoq; altius excauato recipitur, sic femoris caput in acetabulo coxendicis excipitur, hæc species omni generi motus accommodatissima censetur.

Arthrodia verò eſt, vbi caput & ſinus ſunt admodum obſcura, ſic vt addubites vtri caput, ſinumue tribuas, ſic tria tarſi oſſa ſcaphoidi committuntur, pariq; ratione his commiſſuris obſcurus reſpõdet motus. Ginglymos vero eſt, quoties mutuo cõgreſſu, oſſa ſe inuicem admittunt, qualis in genu occurrit, quę ſpecies à natura excogitata tantum videtur, flexioni & extẽſioni mẽbrorum. At Gomphoſis ex immobilibus prima, fit cũ inſtar claui, os oſsi infigitur, vt dentes maxillis affigũtur. Sutura, nexus eſt, ad cõſutarum rerum ſimilitudinẽ mutuoq; congreſſu amfractibus quibuſdam ſeſe oſſa in ipſa admittunt, quam ſpeciẽ, elegantiſsimè ea ſutura oſtẽdit, quam in occipitio literæ Grecæ mauſculæ. A. comparamus. Harmonia, oſsium ſtructura eſt per ſimplicem lineolam, citra mutuum aſperitatis ingreſſum facta, ſic duo naſi oſsicula committuntur. Vltima Symphyſis, naturalis eſt oſsium vnio, facta cartilaginis interuentu, hæc eſt, qua appendices ſuis cõnaſcuntur oſſibus. Hæc ſeptem coalitus genera, vtcunq; enarrata, intellige fieri vel ligamẽti ope, & tum dicit Synarthroſis, quales ſunt nexus omnes qui motu pollent voluntario, vel fiunt carnis beneficio, ac tum, eſt dictus nexus Syſarcoſis, ſic dentes ſuis alueolis nectuntur, vbi verò fiunt nexus media cartilagine, dicuntur Synchondroſi facti. G A S. Multa videris mihi dixiſſe paucis, quæ vix retinere potero niſi ea iterũ inculcaueris. AN. Id fiet vel nobis inuitis, in earundem partium enarratione. Intelligas rurſus oportet, caluariã quam oſſeum caput humanum vocamus, cerebri ac ſenſus organorum vt & animæ rationalis ſedem, multis oſsibus conſtare, in fronte tamen, idq; præcipuè in mulieribus vnicum ha

cum habetur tantum, contra vulgatum & populare illud figmentum. In occipitio, ſemper vnicum, duo in vertice, ad vtramq; aurem vnum ſquamoſum, cui cauitas inſculpitur, organo auditus reponēdo dicata, vbi nunc recens tria nobis reperta ſunt oſsicula. Duo, Andreæ Veſalio præceptori noſtro plurimum obſeruando, Cęſareo medico, viro incomparabili: et nobis tertiū idq; minimi momenti, quæ à Galeno neq; per ſomniū vnq; excogitata fuere, quod ex noſtri amātiſsimi præceptoris ſententia, dixeram olim in Gal. in noſtris illis publicis diſſurationibus, tertium illud oſsiculum, repertum eū à me frequenter, in caluarijs quæ paſsim occurrunt exſiccatis, poſtmodum in omnibus recētibus quas priuatim ſæpe aggreſſus ſum, eius rei gratia id ſedulo animaduerti. Habet tamē hoc priuatim oſsiculum illud tertium, quod recōdatur anterna parte cauitatis organi auditus, qua iugale os, & temporalē muſculum reſpicit, vbi nonnihil os ipſi oſsiculo reponēdo priuatim excauatur, vbi quodāmodo occultur, & latitat. Δ. græcorum nobis forma referre videtur, aut diceres triangulum æquilaterum, cuius eminens pars vbi duo latera coēunt in pūcto, ea oſsea ſubſtātia alioqui tenuiſsima craſſeſcit nōnihil, & acetabulum efformat, manifeſtum quidem, ſed admodum exile, cui grādius crus oſsiculi incudem referentis (nam duorū primorum, alterum malleū, incudem alterum diceres, ſatis appoſitè referre) eleganter, veluti Enarthrōſi coarticulatur, laxè quidē, videturq; ibi ſuffulciri & innitiēo crure. GA S. Mirū eſt proculdubio, quod idipſum prętterierit Parauinum illum tuum vt dicis præceptorem

oculatiſsimũ. A N D. Non facile crediderim hanc rem etiã minutiſsimã, illum curioſiſsimũ latuiſſe, cæterum quòd vt pleraq; alia leuiuſcula, vix alicuius momenti & quæ non ſemp reperiãtur in cadauere humano diſſimulauerit. Hoc ergo os temporale nobis dictum ſua cautate duo illa excipit oſsicula & tertium triangulũ, aut delta Græcorum maiuſculum referẽs, ipſum præterea temporale os prætereq; quòd cartilaginem auris corpus erectum ſeruantem habet ſibi continuam, tres exigit proceſſus, quorum vnus vberis papillã refert, ſtylum alius acumine aut galli gallinacei calcar, tertius verò antrorſum ductus ſuperioris q; maxillæ oſsi exterua oculi ſede locato ſerrata compage commititur portionẽ conſtituẽs eius caluariæ partis quã iugale os vocamus, quod temporale os poſteriori inferioriq; ſua parte ſimul cum occipitis oſsis baſi eam caluariæ regionem extruit quam rupi praruptæ nõ duritiæ modo verum etiam & imagine, atq; ruditate bellè cõparamus, quare arbitramur dici hoc os veteribus petroſum. In capitis baſi magis anterna parte os haberur inſigne, merito à diſſectionum profeſſoribus, cuneo comparatum forma admodum varium meditullium baſis caluariæ occupans omnibus ferè caluariæ oſsibus occurrens, proceſſus educens veſpertilionum aliis haud diſsimiles, interna parte altius excauatum, paulò ante oſsiculum quod dicetur caluariæ octauum cribri modo perforatũ vt ibi glandulã exciperet quæ fugit pituitã relabentẽ ex cerebri ventriculis, vbi Gal. hoc os pumicis aut cribri modo vult pforari quod minime ita habet vt diximus etiam præter Gal. ſentẽtiã in noſtris in Galenum obſeruationibus aliud oſsiculum interna

parte

parte in narium ſummo reponitur cribri ſpongiæue inſtar peruium totum narium ſeptum vbi id oſseum eſt, efformans, & cum ſeptem reliquis enarratis amplitudinem cerebro excipiendo paratam conſtituens. At tamen in maxilla ſuperiori præter dentes qui etiam inter oſſa recẽſeri debent, præditi tamẽ ſenſu, duodecim oſſa reperiuntur vnum vtrinq; in exteriori oculi ſedis regione duo in interiori vtrinq;, vnum vtrobiq; in inferiori, quod eius maxillæ oſsiũ maximũ cõſpicitur, obtinens ſuperiorum alterius lateris dentiũ præſepiola alueolosue ſibi inſculptos atq; ad palati finẽ verſus fauces qua narium foramina in fauces ipſas pertinẽt, vtrobiq; etiam oſsiculum vnum eius maxillæ confiſtit, cõiunctum proceſsibus alas veſpertilionũ, oſsis cuneum referentis. Prominẽs verò pars naſi duobus extruitur oſsibus nomine vt alia pleraq; deſtitutis proprio, ac naſi cartilagines producentibus quibus alæ cartilagineæ naſi ſtabiliuntur. Ex cõmemoratis oſsibus, pleraq; inuicem connectuntur Suturis varijs admodũ quæ ita variam ſortiuntur nomẽclaturã, namq; ea quæ tranſuerſim in ſincipite ducta eſt, coronalis dicitur, crediderim quòd eo loco potiſsimũ coronæ collocentur, altera verò in occipicio prorepens à Græcæ literæ maiuſcnlæ Λ imagine ſimilitudineq; λαμδοειδὴς nomen obtinuit, quæ verò ab huius vertice ad coronalis medium per capitis longitudinem incedit ſagitalis dicitur, Græci vocant ὀϭειλαῖαν quæ nõnunq; per frontis medũ, ad naſi vſq; ſummũ, non tamẽ vſq; adeo inſigni cõplexu, atq; in vertice, prepit quod nõnulli ridiculè viris omnibus adhuc ineptius, alij mulieribus, alij vero inepti ſsimè Chriſticolis ex ſancto chriſmate baptiſmi ſolũ cõ

tractum & peculiare esse affirmāt meq; puerum credere cogebant olim, pia quadam religione, sic nos perpetuò ab impijs omnibus hominibus secerni. GAS. Credidi idipsum ego aliquando, sic etiam à matre persuasus, tum maxime cum vellet mihi christianam veramq; ac solam sanctam & absolutam omnibus numeris religionē, altius infigi, & maximè iam à teneris probari. AND. Longè ergo aliter deinceps arbitrabere quæ ergo ab hac enarrata sagitali dicta Sutura æque distant, ac super aures feruntur, haud quidē Suturarū speciē, sed veluti duarū inuicē incūbentiū squamarum imaginem exprimunt, quas Hippo. noīe suturarū minime est dignatus, cęterum eas vocari vt diximus voluit, λεπιδοειδῆ. προσκολλήματα. reliqui dictorum ossium connexus, nullibi tam exquisitè atq; adeo manifeste, ac tres modo dicti formam referūt Suturæ, quin potius locis aliquot, simplicis lineæ speciem commonstrantes, ad eam quam prius diximus Harmoniam referentur, quam ad dictam Suturam. Maxilla inferior, simplici cōstat osse, haud quidem duplici, vt visum est Gal. in hominibus vt in reliquis ferè animantibus, ijs præsertim quibus ea contigit, in summo mento angustissima, & mucronata, omnibus duplici, nisi fortè admodum puerulis, in summomento ex binis ossibus ita coalescat quemadmodū plurima puerulorū ossa multis ossibus confinguntur, quæ postmodum adultis ipsis simplicia occurrunt, & vnicū nomē obtinent, hæc ergo inferior maxilla articulatur vtrinq; ossi quod ad aurē paulo ante consistit excauatū, huiꝰ articulatiōis beneficio, peculiari catilaginè iuteruenięte fit hæc articula

tio

tio, præter illam, quæ oſsium capita ſinuſq; vbi inuicē componuntur, cruſtæ modo obtegit, ne oſſa attritu mutuo ſe inuicē offenderent, & motus eſſet facilior, & articulum prompte verſatilem redderent. Harum maxillarū vtraq;, dentes ſedecim nanciſcitur, nempe inciſorios quatuor, caninos dictos duos, decem molares, à terendis cibis idoneos qui vt figura anteaq; euellantur apparente differunt, ſic etiam impari radicum numero ſuis alueolis variè affiguntur. linguę radici in faucib⁹ oſsiculum præponitur. V. imaginē aptius q̄ lambda exprimens, pluribus contextū oſsiculis, præſertim in viris & canibus, nam in mulieribus quæ potiſsimū pituitoſiore temperamento præditæ, ligamentum vicem præſtat oſsiculorum iſtorum ſubinde, ex quibus oſsiculis humiliora ſuis extremis aſperę arteriæ capitis (quod laryngem lubentius q̄ guttur nuncupamus) cartilagini committit, quæ ſcutū turcicū refert, primáq; laryngis cartilago numeratur, ac tota anterna parte tangentib⁹ occurrit, namq; ſecunda magna ex parte poſteriorem laryngis ſedem conſtituit, anulo quē thraces turcæ, ſagittātes, dextro pollici imponūt ſimilis, nomine deſtituta, hinc poteſt tamen nomen vſurpare, tertia verò vaſorum quib⁹ aquam manus lanaturis ſæpe affundim⁹ orificio reſpōdere videtur, aut cytulis ſeu conchis quibus ſentinam exhaurire & olitores irrigare hortos cōſpicimus, quæ omnibus vnica eſt deſcripta, cum tamen liberata ſuis mēbranis duabus proprijs extruitur partibus, his tribus operculum ſimul cartilagineū & pungue ligamentiq; naturam participans inſternitur, prohibēs ne cibus & potus in aſperam defluant arteriam, quam pleriq; γλωττίδα vocant, & præcipuum vocis organū

arbitrantur

arbitrãtur cum tamẽ γλώττιον veteribus Græcis rimam tantũ laryngis ſonet, quã duo proceſſus tertiæ cartilaginis in media laryngis amplitudine pingui mẽbrana obducti, conſtituunt, præcipuũ ſanè vocis organũ, reliquæ interim aſperæ arteriæ cartilagines quæ ipſius cauidem & ramos in pulmonẽ digeſtos conſtituunt, circuli maiorem partem videntur efformare, non enim poterant omnino circulum complere, futurũ enim id erat impedimento eſophago & alijs plerisq. GAS. Præter eas cartilagines, quot obſecro numerabuntur humanæ caluariæ oſſa, hęc iam à te enarrata? AND. Id dictu erit facile, octo prima, maxillæ ſuperioris duodecim, erunt exactè viginti, præterilla ex organorum auditus oſsicula & dentes ac inferiorẽ maxillam. In caninis tamen caluarijs, ac ferè reliquis oẽibus ab humanis, vnicũ habetur os mediũ inter cerebrũ & cerebellũ, cuius vicẽ in hoïe ſupplere videt craſſæ menyngis proceſſus alter admodũ craſſus, quẽ duplicẽ ſeu duplicatã mẽbranã quandoq; arbitratus eſt Gal. atq; libello de oſsibus redundans os Gal. numeratur, quod fortè iſtud eſt in canina caluaria repertũ, minime tamen in humana, de quo etiã dictũ eſt in noſtris aſſertionibus. At dorſum ſpinali medullæ iter potiſsimũ ſternens, ac corporis veluti carina in collũ ſeu ceruicẽ, thoracẽ, lũbos, ſacrũ os & coccyx ſeu culiũ os dirimitur, triginta quatuor efformatũ oſsibus, quorũ viginti quatuor vertebras dicimus, reliqua ſacrũ os & coccyx, ceruix quidem earũ viginti quatuor vertebrarũ ſeptẽ nanciſcitur multis & in oẽibus haud pari numero proceſsibus ornatas ad quarũ primam (quæ ſola inter reliquas vertebras ſpina vt & corpore deſtituitur atq; tranſuerſos

proceſſus

proceſſus egregiè protuberantes, poſsidet) caput antrorſum retrorſumq; rectà ducimus, ſecundæ verò vertebræ beneficio caput circũferamus, ſecus longè q̃ arbitretur Gal. cui proceſſus inſtar canini dentis prominẽs contingit, quem dentem vocare conſueuerunt, quam vertebram forte eo nomine Hippo. dentis nomĩe intelligebat non quidem primam vt minus benè Iulius Pollux & Celius, axis em̃ modo ſecunda quieſcens prima ad eius dentem elegantiſsimè circumfertur, vnde etiam fortè veteres hanc ſecundam vertebram ἄξονα primam vero ἀτλαντοφόρον dicebant, at reliquarum cernicis opera, caput ducitur in latus, ſecundaria tamẽ ratione. Thorax habet duodecim vertebras quibus coſtæ duodecim inarticulantur, harũ duodecim inferior fermè à proximis vertebris vtrinq; ſuſcipitur ſuis aſcendentibus & deſcendentibus proceſsibus, quibus vertebræ præter ipſarum corporum connexum inuicẽ articulantur, vt & prima cernicis, ſupra infraq; ipſi contermina ſuſcipit oſſa, reliquis interim dorſi vertebris, illi duodecimæ ſuperioribus, ſupra quidem ſuſceptis infra verò cõtra ſuſcipiẽtib⁹, illiq; duodecimæ ſuccũbunt lumborum craciſsimę quinq;, inox ſacrum os vt plurimũ extructũ ſex proprijs oſsibus inuicẽ validiſsimè cõnexis, hisq; vertebrarum modo perforatis. Coccyx verò os infima ſede in cartilaginẽ definit, frequentius quatuor extruitur oſsibus exilibus minimè peruijs nulliq; iter præbentibus, neq; ſpinalem medullã admittẽtibus ſicq; nec neruos vllos. Ex duodecim coſtis vtrinq; inſtar iuſtiſsimæ choreæ applãtatis & in cartilaginẽ degenerantibus, ſeptem latiores ſuis cartilaginibus oſsi pectoris coarticulantur, hinc verarum atq; legitimarum

nomen

nomen ſortitæ, nam reliquæ quæ pectoris os nõ contingunt, & eo magis ab illo, anterioriq; abdominis regione deficiunt, quanto humiliorem ſedem obtinent, nothæ & ſpuriæ vocantur, pectoris oſsis inferior ſedes in cartilaginẽ deſinit, obtuſo enſis mucroni reſpondẽs, perinde ac totum os pectoris, enſem exprimit, ea mucronata cartilago nobis dicta, barbari pomum granatum dicebant, & nos totum, os pectoris ſeu xiphion, ſuperiori verò oſsis ſedi, vbi id latiſsimum, & robuſtiſsimum eſt, iugulum conſtituit, vbi vtrinq; vnà clauiculæ ipſi articulantur, humeri articulum, à thoracis latere abducens, multarum cõmoditatum gratia, quod facile conijcies ex animantibus deſtitutis clauiculis. At ſcapula trianguli formam quodammodo exprimens, poſteriorẽ thoracis ſedem altera ex parte occupat, longè diuerſa humana à canina, in ceruicẽ deſinẽs, cuius ace tabulũ excauat brachij oſsis ſeu humero excipiẽdo cõueniẽs, mox ex ipſi⁹ dorſo proceſſum educit, qui ſup⁹ humeri articulũ pringẽs, umm⁹ humer⁹ appellat, clauiculæq; peculiaris cartilaginis interuẽtu articulat⁹, vt max illam inferiorẽ ad os capitis dixim⁹ articulari, et i clauiculę ad pectoris os nexu vtrinq; facto, humeri articulũ à thorace auxilio clauiculę diducit, humeri etiã articulũ ſuperius perinde muniens ac interior ſcapulæ proceſſus anchorę &c. comparat⁹. Brachij verò os ſeu humerus, ipſi enarratæ ſcapulæ articulatur prima articulationis ſpecie quam Enarthoſin diximus, cuius oſsis ſedes inferior, variis finibus atq; prominentibus extenditur patib⁹, cui inferiori parti, duo inarticulantur oſſa, quorum alterũ radium, vlnã alterũ dicimus, quæ totius mẽbri nomine, cubitus etiam appellatur, pariq; modo in

homine

homine ac quadrupedib⁹ ad brachij os flectitur, & rursus extenditur: ac in superiori ipsius sede, qua posteriorē cubiti articuli regionem constituit, processum obtinet quem gibberū plerique nomināt sicq; inferior vlnæ pars aliū gerit, qui à styli forma, συλοειδὴς nomē nanciscit, in quadrupedib⁹, vt diximꝰ parū est discrimininis, qua in re animaduerte Arist. errauisse, libro de animalium ingressu, & Gal. lib. 3. de vsu. p. Plinium, atq; Erasmum Roterodamum, cum profiteantur diuersum nobis & quadrupedib⁹ esse huius articuli flexum, vbi & vnico osse Aristo. quadrupeda priuat, ipso nimirum humero arbitrat⁹ illic cubiti cum humero articulum haberi in quadrupedibus, vbi cubitus brachiali iungitur, quē articulum, ipsa animalia nobiscum habent communem, ac parem nobiscum flexionem moliuntur, vt in cubiti ad humerum articulo. Cæterum soli propemodum radio, κάρπος seu brachiale articulatur, ac veluti cartilagine propria ab vlna dirimitur (est em̄ radius inferna parte crassior multo, vlna vero gracilior, vt contra suprema parte) octo ossib⁹ inter se forma & magnitudine omnino diuersis extructum, cuius rursus inferiori sedi, quatuor post brachialis seu metacarpij ossa vnà cum primo pollicis osse, coarticulantur, is namq; vt & reliqui quatuor digiti, tribus ossibus seriatim, ac veluti in acie positis construitur, sicq; omnia digitorum ossa sunt quindecim, quinquies ter, quibus parua quędā ossicula accedunt interna parte articulationum, ne ipsæ nimis laxè, aut in nimium acutos angulos ducerētur, se sama dicta, quòd illi semini respondeant, quæ secundo pollicis internodio, duo exilia accedunt, qualia etiam in primis quatuor digitorum internodijs, tametsi

multo

multo minora maximè & cartilaginea interiore ſede habent & vnũ in pollicis tertio internodio, vnũq; habet ad exterius latus, connexus oſsis poſt brachialis paruũ digitum ſuſtinentis, quod brachiale ſecantibus obſeruatur cuius occaſione crediderim eſſe quoſdam quibus oſsium numer⁹ carpi aut brachialis excreuerit & nouem arbitrentur carpi oſsicula, in reliquis verò internodijs digitorum rarius vnum niſi in ſenio cõfectis viſitur. Sacri oſsis vtriq; lateri prægrãde os coarctatur quod varia ſortitur nomina, vbi em̃ amplum eſt iliaq; reſpicit ilium os dicitur, vbi vero idipſum os profundo admodum acetabulo femoris caput admittit coxendicis: vbi autem cum alterius lateris oſſe ſibi ſocio et coq; quali pubem conſutuit anterna parte inſigniterq; perforatum cernitur, pubis os appellatur tametſi non raro vniuerſum os coxendicis nomine intelligamus & Græci ἰσχίον nomine, vnde ipſis dictus iſchiadicus dolor, nobis coxendicis: hæc ergo duo oſſa in pube media cartilagine coaleſcunt, atq; inferna parte plurimũ inuicem deliſcunt, idq; potiſsimum in mulieribus ad liberã partus eiectionem, idq; ei rei natura eleganter proſpexit, non vt vulgus obſtetricum & chirurgorum ac medicorum quorundã imperitiſsimorum arbitratur, qui dum partus accedit, in parturientibus ipſis, coalitũ media cartilagine factum, diſtrahi turpiter arbitrantur, *fe*moris vero os, ſupra rotundo capite admodum ſpheri eo cerui ci prolixæ introrſum quodammodò obliquatq; adnato, coxendicis oſsi inarticulatur: maximũ oſsium eſt, oblongum, cauum variæq; protuberans & nobis ſatis appoſitè pronunciam Italicam exprimẽs: infra verò duobus capitib⁹, grandioris in tibia oſsis ſinus ſubit, quę

duo

duo capita media cauitate exactè diriminuntur inuicem qua tuber dicti tibiæ ossis recipitur peculiaribus etiam cartilaginibus in hoc articulo quadrupedum & auium genu similimo interuenientibus, quæ acetabula grandiora reddunt cum ea alioqui non possent protuberãtiæ capitum femoris satisfacere, sunt enim in tibia satis leuiter hi sinus excauati, cui rei natura prospiciẽs, eas cartilagines adiecit, vt eos sinus adaugeret, quæ ope ligamentorum, ibi continentur tantum, etsi Gal. lib. 3. de vsu par. & com. in Hippo. librũ de fracturis, secus visum fuerit, iuxta femoris ceruicis externam sedem, grãdis apparet processus, quem natem & magnum rotatorem appellamus, intus continet alium, multo tamẽ minorem externo, quem ea de causa minorem seu internum rotatorẽ vocamus. At tibia, duo habet ossa, quẽadmodum & cubitus, quorum internum quod nos tibiam ferè dicimus, crassitie exterius longè vincit, totiusq; vt dixi membri nomine comprehẽditur, exteri⁹ quod minime femur attingit, fibulã appellamus. Ante tibiæ cum femore articulum, os rotundum, minimè cartilagineũ, vt pleriq; arbitrabãtur prælocat, scuti instar, mola, patella aue dictũ, seu rotula vt nostris chirurgis crebrius. Quod os in quadrupedib⁹ quibusdam lõgius angustiusq; habetur, cuius vsus est ne articulus antrorsum in angulum fallax extendatur, & ne femur in anteriora facilè luxetur, cæterũ imæ tibiæ ac fibulæ partes externis ipsorum lateribus prominentes ac excarnes, malleoliq; appellatæ, astragalum seu talum, eadem sede in homine ac in quadrupedibus repositum, eundemq; in illo atq; in iis vsum subeuntẽ apprehendũt cui astragalo seu talo calcis os subijcitur, tibiæ rectitudinem

d dinem

dinem in posteriora longè excedẽs, itaq; tibiæ os, inter-
num extruit malleolum, Sura vero seu potius Fibula
externum, mediaq; cauitate talus articulatur comple-
ctiturq;, hos malleolos Gal. lib. de ossibus cap. 22. à qui-
busdam talos appellari testatur, qui error ad Erasmũ
vsq; nostrum omnium horarum virum alioqui erudi-
tissimum dimanauit: suo em̃ dialogo de talorum lusu,
cum Plinio malleolos vocari talos prȩcipit, quod adeo
quibusdã Gal. interpretib⁹ arrisit, vt σφυρὰ id est malleo
los talos subinde reddiderint. Anterior vero tali sedes in
rotundum caput desinens, ossis nauicularis seu scaphæ
referentis sinum subit, cui nauiculari anterna parte tria
tarsi ossa suo ordine congruũt. Quartum namq; exte
rius q; tarsi os cubi tesseræq; imaginem exprimens, cal-
ci iungitur, mox quatuor dictis tarsi ossibus vna serie
connexis quinq; pedij ossa respondent articulãturq;,
quibus quinq; ossibus, quinq; pedis digiti sustinẽtur ip-
sisq; adstabiliũtur, è quibus pollex, duobus tantum os-
sibus formatur, reliquis quatuor interim tria interno-
dia sibi vendicãtibus, sicq; ossium pedis numerum, os-
sa manus vno vincunt, habet enim manus ossa nume
ro viginti septẽ, pes verò sex & viginti, secus q̃ prȩ-
scribat Gal. lib. 2. Com. in Hippo. lib. de fracturis. Quin
etiam in pede, quem homo quadrupedibus multo bre
uiorẽ obtinet, ita vt in manu exilia occurrunt ossicula
sesama dicta, &ti primo pollicis internodio pedis, duo
longè grandiora quàm in manu reperiantur, quæ ap-
positè medios ciceres vel orbiculos spherularum dice-
res, quorum interius illud est, quod Mantici Philosophi
corruptioni neutiq̃ obnoxium affirmant, atq; paululũ
in terra asseruandum nugaciter contendunt, dum id

resurrectio-

reſurrectionis tempore, ſeminis modo hominē regig-
nat, atq; ſecundò producat. Vngues & pede vt & ma-
nu viſuntur, quos non ineptè, ſubſtantiæ oſſeæ gratia,
hic reponēdos duximus quemadmodum inter partes
aliquid ſuffulciētes palpebrarum cartilagines cilia eri-
gentes ne cōciderent, enumerari voluimus, quorū vn-
guium vtilitatē multā eſſe vel ex Gal. lectione didici-
mus non planè eſſe eā ſubſtantiā inutilem cum Plato-
ne, autrari vſus cum Ariſto. contendemus. Sicq; hacte
nus ſunt tibi ſingula ſceleti humani oſſa breui quadam
enumeratione propoſita, quæ appendicibus neglectis
item vnguibus & cartilaginibus, erūt tibi numero tre
centa & ſex. Cæterum in puerulis vt te iam inter enar
randum monitum voluimus, excreſcit numerus in im
menſum, cum vix reperiatur in cadauere pueruli atq;
tenello os, quod non perquā multis extruatur oſsibus
hoc ergo ſceleton humanū, quandoq; diſſolutū habe-
tur integrè oīmibus emūdatis, atq; in lectionem de oſ-
ſibus ab oīmibus eruditis noſtri tēporis medicinæ pro-
feſſoribus diligēter aſſeruatur. Quādoq; vero vniuer-
ſa oſſa iuncta ad palum ferè erecta habentur. Quæ
minus prælectionibus accōmodari poſſunt. G A S. Se-
mel audiui haberi apud quendam noſtratem doctorē
medicum ſceleton ſic erectū, qualis compingitu paſ-
ſim mors quæ appenſa habetur frequēter in tēplis, ſpe-
ctatoribus horrida. A N. Vix crediderim fuiſſe qsuenq;
hactenus ex eius temporis medicis qui vel ſemel intui
tus fuerit huiuſmodi ſpectaculū, tantū abeſt vt apud ſe
habuerit, namq; non erat vnde ſibi cōpararet, nec mul
ta pecunia ſi vellet redimere poſſet, in templis elegan-
ter picta ſceleta conſpiciebantur & admirabantur tur-

piter ab eius temporis medicinæ ſtudioſis, vbi pictores cæci, cæcos ducebant ineptè admodum huiuſmodi, cõpingentes quod nunc facile es tu ipſe iudicaturus, nec mirum quando nunq̃ ſceleton humanũ pictores fuerint ſedulo contẽplati, apud aliquẽ ex Medicis vel Philoſophis, quod nullum vt dixi haberetur rarè ſaltẽ conſtructum, nunc iam illis dabitur ampla copia & occaſio, cum ab hinc paucis annis aut potiꝰ mẽſibus, huius partis artis Medicæ præcipuè ſtudioſiſsimi aliquot doctores de re pub. benemeriti, Scholares ſtudioſiſsimi, qui oẽs à me in præſentiarũ ſi licuiſſet p otiũ plurimũ erant commendandi, multa adhibita diligentia neq; ſine periculo propter rei nouitatem, aliunde ſuffuratis clanculum cadaueribus, pararunt ſibi elegãtiſsima ſceleta. GAS. Qui debent huiuſmodi ſceleta parari, nam profectò ipſe libenter haberem apud me vnum huiuſmodi, quandoquidem citra putredinem ſeruari poteſt quantum reor oſſea ſubſtantia. AND. Istud ego ſedulo curabo vt fiat in tui gratiam, modum tamen quo id fiet, fuſiſsimè habes vt elegantiſsimè conſcriptum ab illo Patauino, pfeſſore, olim vt dixi inſtitutore meo in anatomicis vt & reliquis eruditiſſimo ac nemini ſecundo. GAS. Refer ſi placet ex eius viri ſententia aliquid, quãdoquidem vt ex te ſemel in tellexi, ita paſſim nõ liceat vti ſuis libris. AND. Audi adverbum ſi placet, quæ fusè, eleganter & eruditè vt verè præſcripſit, calce primi libri ſuæ fabricæ humanæ deparando Scheleto.

Conſueuerũt Medici, Hippo. arti dignè incumbẽtes, neq; ad ſolos ſyropos ſcribendos, hominibusq; imponendum nati, nõ mediocri labore, oſſa quæ ad diſcipli-

nam

nam asseruantur, extruere siue ea inuicem iuncta, siue singula separatim erãt inspecturi. Solent em̃suspẽsum, velãlias mortuũ cadauer, magna ex parte primũ carni b⁹ liberare, & viscera nullo soluto corporis articulo ex secare. Postea oblongæ arcæ ita dissectũ corpus immittebant, vniuersam arcãcalce opplentes, ac non nihil aquæ dein aspergentes. Deinceps vbi arcam ad hũc modum octiduo obseruassent, eã vndiq; angustis foraminibus perforatam rapido illigabant fluuio, vt calx vna cum marcescentib⁹ iam carniũ reliquijs, temporis successu deflueret, ac vndiq; ab ossib⁹ abscederet. Post dies aliquot exemptũ cadauer, passim cultrorũ beneficio emundabatur, mente adhibita ne aliquis ossiũ connexus in eo opere dissolueretur, ligamentaq; ossa colligantia, integra custodirẽtur quorum interuentu hærerent, ac demum omnia præter ossium articulos niterent, emundatũ cadauer eo situ quo id, aut sedens, aut erectum hac autilla forma compositum spectari volebant, soli exponebatur, vt ligamenta solis æstu resiccata, ossium articulos, in compositu continerent, verum hæc p̃parandi ratio, præterq̃ quòd molesta, sordida ac difficilis est, nullos ferè ossium ostendit processus appẽdices, capita, sinus & ei⁹ generis reliqua in ossibus præcipuo studio spectanda, quod scilicet hæc om̃ia insigniter nigricantibus ligemẽtis, adhuc obducantur. adeo sanè vt hic ossium mundãdi modus ad doctrinã nihil penè accõmodet, quemadmodum nec ridicula musculorum, tendinum, ligamentorum, neruorum, venarũ, & arteriarum videndi ratio (qua hactenus medicinæ candidatis nostræ artis ꝓfessores imposuerunt) quicq̃ commodi adfert, sed dumtaxat studiosorum animos

cohibet, ne eorum quæ iam dicebam organorum de-
mõſtrationem, à rabinis illis expectant. Hi namq; aſſere
bant, illa ſolum è corporibus in aquarũ gurgitibus (ſi
dis placet) emaciatis, non autẽ è nuper mortuis diſcen-
da eſſe, quaſi vero quicq; eruditione dignum, in corpo
ribus ad eum modum adapratis, prorſusq; hac ratione
corruptis, diſci poſsit, & nõ hæc omnia in homine nu-
per mortuo meli⁹ multò à nobis oſtenderẽtur, quã ipſi
iecoris, aut inteſtinorũ, aut cordis ſuperficiem ſtudioſis
cõ mõſtrare ſolẽt, quamuis illã quoq; ſatis ineptè ,ppo
nebãt interim à cæteris corporis partib⁹ abſtinẽtes. Cæ
terum, quonã pacto aliæ corporis particulæ ſint aggre
diendæ, ſuis locis affatim proſequemur. Oſſa autem vt
modo ſubijciam, leui negocio adaptabis, ſi diſcẽdi ſal-
tem cupidus, & quod in deſectionũ ſtudioſo Gal. impri
mis requirit, laborum patiens ac induſtrius fueris. Ali-
cunde itaq; nactus cadauer, qualecũq; id ſit (quis tamẽ
morbo emaciatum longè aptius cenſebis) vas vnum
carnibus, viſceribus, & cuti reponẽdis, & ſanguini ad-
mittendo, ad manum eſſe curabis, vnà cum magno
grandiq; iebete, cuiuſmodi illi ſunt quibus lixiuũ mu-
lieres igni adhibent, is namq; coquẽdis oſsibus eſt ap-
tiſsimus, huic igitur oſſa injiciẽtur. Præterea & ampla
papyrus in aſſere diſtẽdetur, vt huic aſſeri cartilagines
non elixãdæ applicari, ſeriatimq; imponi poſsint, Mox
acutiori cultro orbicularim per frõtem & tempora &
occipitium ſectionem tentrabis, ad caluariam vſq; pene
trãtem. Ad huius deinceps ſectionis orbiculũ, ſerra cal
uariã diuides, parum ſolicitus etiã ſi cerebrum vicies
aut paulo humilius, elatiusue, caluariã diuidas. Quan-
doquidem nũc dumtaxat oſſa ac cartilagines intueri

ſeruareq;

ſeruareq; propoſitum eſt. Diſſecta igitur caluaria, cerebrum ſolis manibus ex ipſa euulſum, vaſi inijciendum eſt, ac caluariæ pars, à reliquo capite adempta, cacabo indetur, liberata tamen prius ab illa verticis cute. Iam vtramq; aurē, proximè à temporū oſſe abſectam, ſeorſum in aſſerem, cui cartilagines adhibentur collocato, vna cum palpebris & naſi extremo, quod cartilaginibus conſtat, quæ viciniſsimè ab illis quibus committūtur oſsibus ſimul cum cute ſunt reſecandæ. Deinceps maxillā inferiorē à ſuo cū capitis oſsibus cōnexu liberabis, ac cartilagines quas priuatim in ipſi⁹ cū capite articulis haberi diximus, cultellulo à ligamentis articulū continētibus diſſecabis, eas chartæ illi cui promptè hę rebunt ſeriatim applicans. Quando inferiorem maxillam adimis, & eam obiter cute & lingua (relictis ſi ves muſculorum applantationibus) liberas, ac tandem in cacabum reijcis, cauendum eſt, ne os. u. referens, aut laryngem corrumpas, ſed integram laryngem cum eo oſſe, & lingua & ſtomachi aſperæq; arteriæ portione ſimul è fauci⁹ auferas, ac aſſeri illi nō aliter emūdatam cum auribus imponas. Iam à pectoris oſsis mucrone ad pubem vſq;, ſectionem molieris ad omentū vſq; penetrantem, cui deinceps aliam ſectionem quæ tranſuerſim à dextro ilio ad ſiniſtrum pertingat adiunges, & abſq; delectu omnia quæ peritonæo continent laniorum more euelles, ea vaſi mijciēs. Abdominis cutem vnà cum muſculis obiter ab oſsibus diſſecabis, & ſanguinem ſpongijs excipiens, eum in vas exprimes, modo à iugulo ad pectoris oſsis vſq; mucronem, adeo profundam duces ſectionē, vt illa ad pectoris vſq; os penetrante, ſimul cū cute muſculos thorachi inſtratos

à coſtarum oſsibus earundemq; cartilaginibus adime re poſsis, & ſimul clauiculæ nudæ, carnibusq; liberę ap pareant. Quippè hæ acutiori cultello, à pectoris oſſe ueniunt liberandæ, & cartilagines ijs articulis propriæ (quemadmodū inferioris maxillæ cartilagines aggreſ ſus es) accuratè ſunt adimendæ, & deinde chartæ ſeria tim adhibendæ. Pectoris os una cum coſtarum cartila ginib⁹, ſtudioſè à coſtarū oſsib⁹ liberabit ſectionib⁹ acu tiori & nō admodū craſſo cultro per cartilagines inibi ductis, ubi coſtarū oſſa in has degenerāt, atq; id prōptè obit. Si modo memoria nō exciderit. Primę coſtę carti laginē à pectoris oſsis medio magis in lat⁹, q̄ ſecūdę co ſtę fieri, neq; tantū cartilagines pectoris oſsi coarctatę, à coſtis ſunt derimēdæ, uerū etiam oēs ſpuriarū cartilagi nes, quæ uel inter coſtalium muſculorū interuētu, ſupe rioribus cartilaginibus hærebunt. Diſſunctis hunc in modum cartilaginibus, pectoris os à iugulo attolles, & id uenis & arterijs à iugulo ad illud porrectis, & membranis quoque liberabis, quæ thoracis amplitu dinem interſepiunt. Poſtremò cartilagines à ſepto tran ſuersò reſecabis, & ipſas ſimul cum pectoris oſſe non aliter mundatas in chartam reponas: dein ſcapulas unà cum clauiculis à thorace diſſecaturus. Iam longa diſſectione in altera manu à ſummo humero per bra chium & cubitum ad pollicem uſq; ducta ſcapulam, humerum, cubitum & extremam manum cute & car nibus enudabis, non admodum anxius, etiam ſi aliqua tendinum carnisq; portio oſsibus adhuc appenſa relin quatur. Adeò ut etiam ſuffecerit, relicta ſummæ man⁹ cute, illam aliquot ſectionibus hic atq; illic ſcindere, quo poſtea leuiori negocio man⁹ elixetur. Modo cla-

uicula

uicula à ſummo humero ſecabitur, mẽte adhibita num præter ſcapulæ proceſſum, quem ſummũ humerũ appellamus, & clauiculam, inibi aliud tertium os occurret. Hoc vbi præſtiteris, ac peculiarem eius articuli cartilaginem chartæ adhibueris, clauiculam in cacabum conijcies, ſcapulamq; ab humero, deinde humerum à cubiti oſsibus ſeparabis, & cubitũ cum extrema manu connexum ſeruans, ſimul omnia in cacabũ quoq; locabis. Priusq; tamen ſcapula cacabo indetur, oportuné feceris, ſi cartilaginem ſcapulæ ſinum, quo humeri caput excipitur, aliquando augẽrem, à ſcapula diremeris, chartæq; cũ cæteris cartilaginibus applicueris. Atq; id ſimiliter in alterius lateris manu eſt præſtandum, ac illico ad thoracem denuò accedendũ, ex quo primũ pulmones cũ corde & ſepto tranſuerſo execabis: & priusq; cor in vas conijcias, cordis baſim per trãſuerſum à reliquo cordis corpore diuides, & deinde baſim rurſus à vaſis quæ ab ipſa prodeunt, ſic auferes, vt ita venæ arteriales & magnæ arteriæ orificia illęſa habeas, ac poſtmodum (ſi viſum fuerit) in cartilaginum numero illa ſeruatur, chartæ applices, vbi igitur reliqua, quę in thorace inueniuntur, in vas reieceris, cadauer in pronum vertes, & vtcunq; licebit ceruicem reliquũq; dorſum, vna cum tota thoracis amplitudine carnibus emũdabis, ſtudioſè cauens, ne coſtam aliquam (vtpote fragilem) rumpas, aut nimiũ vicinè carnem diſſecans, proceſſum aliquem vicies. Atq; id adhuc magis cauendũ eſt, cum iam ſingulas coſtas, ſeorſum à vertebris thoracis liberaturus es. Etenim reſupinato cadauere cultello acutiore coſtæ capitulum, à vertebræ corporis ſinu venit ſeparandum, & deinde ligamentis ſenſim diuiſis, à

tranſuerſis quoq; vertebrarũ proceſsib⁹, coſtæ ſunt adimendæ, obiterq; emundatę in cacabum mittendæ. Crura ad eum modũ, quo manus aggreſſus es, attrectabis, femur vniuerſum carnibus emundans, mox & tibiam & pedem vniuerſum. Quum tamẽ genu nudas, ex tẽdinibus anteriorem genu ſedem occupãtibus, patellam excecabis, & in cacabũ non ſecus ac femur conijcies illico, atq; id à coxẽdicis oſſe tibiáq; liberaueris, & cartilagines reſecueris, quæ tibię oſsis ſinus femoris capita excipientes augent, quippe & illas nõ inoportune chartæ agglutinabis: ac dein ceps tibiæ os, vnà cum fibula & pede, cacabo indes. Id vbi in vtroq; crure præſtitum erit, & oſſa ſacri oſsis lateribus coarctata, aliquantulum repurgata fuerint, cartilaginea ligamenta vertebrarum corpora intercedẽtia adamuſsim veniunt excanda, & chartæ ſeriatim accommodanda. Ligamentis igitur, quæ vertebrarũ corporibus in ſuperficie obducuntur, acutiori cultro ademptis, inter oſsis ſacri ſummũ & cartilaginẽ ligamẽtum, os ſacrũ ac infimã lumborum vertebram interueniens, ſectionẽ tentabis, quæ ligamẽtum id, ſeu cartilaginem (vt Gal. viſum fuit) ab oſſe ſacro diuidat. Rurſus inter infimæ lumborũ vertebræ corpus, & elatiorem dictæ nuper cartilaginis regionẽ, eãdem duces ſectionẽ, hacq; ratione integram auferes cartilaginem, quam vbi chartæ impoſueris, ſequentes tantiſper excindes, dum ad ſecundã vſq; cerui cis vertebrã deuentũ erit. Quum itaq; viginti tres cartilagines ligamentaue cartilaginea ad modũ hũc chartæ applicaueris, dorſum in tres quatuorue partes cautè & leuiter diſiungendum venit, ne impetu id tentãs, caſu aliquem vertebręproceſſum confringas, quare etiã

cauendum

cauendum eſt ne primam vertebram à capite negligẽ
tius liberare ſtudeas. Licebit eñ cũ capite, cerui cis ver
tebras cacabo imponere, vt & thoracis vertebras cum
lumborum vertebris, modo illas à ſacro oſſe prius diſ=
iunxeris. Os ſacrum autem vnà cum oſsibus ipſi com=
miſsis (quæ ilium coxendicis & pubis oſſa conſtituũt)
nihil prohibet cacabo indere, cũ ſcilicet ilium oſſa ad
huc cruda, à ſacro difficulter & arduè ſeparẽtur, & pu
bis oſsium cartilago, etiã tunc vicietur, quã aliàs inte=
gram aſſeruabis, ſi pubis oſſa non dirempta cacabo
inieceris. Oſsibus ad hunc modũ cacabo immiſsis, aqua
is vniuerſus implebitur, vt oſsibus alte in aquam ſubſi
dentibus, nulla oſsis pars emineat. Hoc eñ inprimis
toto coctionis tempore obſeruandũ eſt, ne os aliquod
aqua non tegatur, multoq; magis, ne id ex cacabo, p=
minẽs fumum excipiat, cuius etiam occaſione grandẽ
cacabum eſſe conuenit. Vniuerſæ coctioni nullum pe=
culiare adhibetur artificium, ſed, vt in cæteris elixatiõi=
bus, ſpuma ſedulo auferẽda eſt, quo ius clarius reddas,
ipſaq; oſſa minus ſordida extrahas. Pari etiam ratione
pinguedo oñis (quæ plurima ſupernatare ſoler) eſt hau
rienda, ac in vas aliquod vel vulgi nomine reponẽda,
quod illi in obliterandis cicatricibus, & neruis tendini
busq; producendis multum tribuit. Coctioni nullũ tẽ=
pus præfinitur cum id ex ætatum ratione plurimũ va=
riet. Duabus enim aut tribus horis plusq; ſatis ſit pueru
lorum oſſa coquũtur, præcipuè cum in illis ſtudẽdum
ſit ne inter mundandum oſſa, appendices decidãt, qua=
rum coalitus in proiectioris ætatis hominib⁹ vix vnq;
quãtumuis coxeris, diſſoluitur. Is itaq; coctionis ſco=
pus eſt, vt oſſa cultrorum beneficio (vti inter edẽdum
ſit)

fit) aptè mundari queant, vt autẽ id facias opportunius pedetentim nonnulla oſſa inter elixandum forpice eximes, eaq; ſolus purgabis niſi fortaſſe ſtudioſus adſit ſodalis, qui vnà manus operi adhibeat. Sũmopere eñ cauendum eſt, ne imperitior aliquis oſsium ſupercilia, proceſſus capita & ſinus radendo vitiet, aut alicunde cartilaginẽ leuem, et cruſtę modo oſsibus obductã imprudens auferat, hæc namq; quum carnẽ, ligamẽta, tendines, & membranas, oſſa ambientes adimis, præcipuè ſeruãda venit. neq; verò officium id hac dumtaxat ratione inepto alicui, & Anatomes parũ ſtudioſo minus committi velim, verum vt, quum vnumquodq; os priuatim purgas, ſinus ipſius & capita, & potiſsimum ligamentorum naturam, & tendium inſertionem, muſculorumq; exortũ accuratè contẽpleris. Non enim facile dixerim quantum cognitionis partium eo opere tibi paraturus ſis. Quãdo igitur hũc in modũ ſeriatim oſſa ex buliẽte iure extrahis, ac mundata terræ aut ſportulæ alicui imponis, nõ admodum anxiè expẽdito, quodnã os prius tibi occurrat, ſummã tamen manum cum cubiti oſsibus extrahens ſedulo obſeruabis, ne violentius brachiale à cubiti oſsibus ſeiungas, ſed cultro articuli ligamenta, ſenſim diuidens, brachiale à cubiti oſsibus accuratè liberes. Idem facito in poſtbrachialis oſsium à brachiali ſeparatione. Id enim caueri velim, ne brachialis oſſa inuicem dirimas, vnde etiam illico atq; id integrum à cubito, & pollicis primo oſſe, & poſt brachiali diſiunxeris, obiter dumtaxat tendines ligamentaq; ipſi obnata diuelles, id ſtudẽs ne oſſa in interna externaq; eorum ſuperficie penitus ligamentis emundentur, vt ligamentorum beneficio brachialis oſſa inuicem

inuicem hæreant. Brachiali enim ita igni adhibito liga mẽra ſenſim reſiccata, ipſius oſſa firmiter continẽt, leuioriq; negotio in oſsium cõnexu brachiale, cubiti & poſt brachialis oſsibus committitur: niſi forte in iungẽdis oſsibus peritior, brachialis oſſa mutuo dirimere ac ligamentis emundare, poſtmodumq; æneis filis inuicem committere audeas, aut etiam diſiuncta aſſeruare velis, mox vbi brachiale in eum modum igni appoſueris, chartam aſſumes, cui poſt brachialis & digitorũ oſſa, non prætermiſsis ſeſaminis oſsibus, exacte emundata impones: quominus hæc illi chartæ inuoluta, neq; alterius manus oſsibus confuſa, in committendis oſsibus negotium augeãt. Conduxerit igitur, manuũ pedumq; oſſa ſeparatim in quatuor chartas recludere. Priusq; tamẽ huius illiusue manus, aut pedis oſſa chartæ implicas, antea ſemper indagãdum eſt, num aliquod os non mundatum ſuperſit: ne cum putamina & ius abijciendum curas, vna aliquot oſſa oſcitanter ſimul auferenda porrigas, & ſi forte vnguem aſſeruare viſum ſit, illum dum pedis, manuumq; digitorum oſſa expurgas, auelles. Non minus enim humanos vngues, q̃ auium & quadrupedum vngues, à pedibus calenti aquæ impoſitis, elixatione recedere cõſpicimus, porro cum vlnam & radium emundas, cartilago non negligetur, quæ à radio profecta, magna ex parte vlnam à brachiali dirimit. Hæc namq; ab vlna liberabitur, vt radio adhuc connata, in oſsium cõnexu, rurſus vlnam & brachiale intercedat. Quin etiam quando caput purgas, accuratiſsimè caueto, ne membranam, quæ auditus organi foramẽ ſuccingit euellens, oſsicula illa negligenter eximas, quæ eius organi conſtructionem

ſubintrãt

ſubintrãt. Quippe illa ſtylo quopiã in foramen miſſo ſunt ſtudioſè euellenda & pariter excutienda. Hæc oſſicula ad reliquam oſſium colligationẽ aliquo recondes, & vertebras omniũ poſtremò è iure eximes, quẽadmodum & ſacrum os: niſi forte poſt aliquam elixationem, coccyx os à ſacro liberare lubeat, quòd ſcilicet huius oſſicula, ob cartilaginea ligamẽta, quæ ipſa cõnectunt, ſi diutius coquãtur, ab inuicem ſeiungi ſoleãt. Si tamen coccygis oſſis præſcindendi gratia, os ſacrũ exemeris, iddenno cacabo eſt immittendum, coccyxq; os priuatim in chartam reponendum, aut in ſportulam conijciendum, in quam minuta locabis oſſicula: cuiuſmodi dentes ſunt, ſi forte ipſorum aliquis exciderit, aut aliqua oſſis portio oſcitanter effracta fuerit. Verum vt pubis oſſium cartilaginem ſerues, prinsq; iliũ oſſa à ſacro liberas, pubis oſſa anteriori poſteriorique ſede leniter ſunt emundanda, ac dein inuicem ſolis manibus ſeiungenda, vt ipſa intercedens cartilago ab altero oſſe abſcedat, vnicq; dumtaxat commiſſa maneat, leui negocio poſtmodum in oſſium connexu, cum altero pubis oſſe iungenda. Oſſa hac ratione purgata denuo numerabis, non quidem manuum & pedum oſſa quæ iam ſeorſum chartis prius inuoluiſti, verum receſſebis caluariæ partem: quam ſerra à reliquo capite adhibiſti: in qua conſiderabis, num portiunculæ temporum oſſium, quæ inſtar ſquamæ verticis oſſibus applicãtur, atq; ſerra à cætera temporum portione auferri ſolent, ex elixatione deciderint: ne forte illas cum oſſium ſpoliis aut iura reijciẽda cures. Solent enim facile à verticis oſſibus decidere, ſi caſu ſerræ ſectio multum ſupra aurem ducta fuerit. Deinde cum dens aliquis ex ſuperiori

riori inferioriue maxilla exciderit, perpendes, & vigin
ti quatuor vertebras totidēq; costas enumerabis, duas
clauiculas, duas scapulas, duos humeros, duas vlnas, &
radios duos, sacrū os, à quo iam antea coccyx os adē-
ptum est, duo grandia ossa sacri ossis lateribus nexa,
femora duo, tibiæ ossa duo, & fibulas duas, item patel
las similiter duas. Atq; vbi omnia enumeraueris, mag-
nopere conduxerit, ossa denuo mūdæ & bullienti aquę
indere, ac mox exempta seorsum aspero rudiq; linteo
abstergere, etsi quæ ligamentorum, aut membranarū,
aut musculorum insertiōis exortusue sint reliquiæ, eas
defricare abstergereq; conuenit, studio interim adhibi
to ne lubrica, & crustæ modo ossibus adhibita cartila-
go simul auferatur, interea verò dum hæc in orbē ig-
ni apposita leuiter dissecantur, aurium cartilagines cu-
te detegentur, chartæ cum reliquis cartilaginibus appli
cādæ. Idem quoq; in palpebrarum & narium cartilagi
nibus moliendum est, ac deinceps acutis cultellis os. v.
referēs, à musculis ipsi commissis, quàm licebit exactis-
simè crudum emundabis. Purgato illo osse, laryngis
cartilagines similiter crudas accuratè carnibus mem-
branisue liberabis, simul cum vna atq; altera asperæ
arteriæ trunci cartilagine. C. imagini comparatæ. Iam
pectoris os, ipsiq; connexas cartilagines sedulò emun-
dabis, quod eo minus promptè perfeceris, quo id pluri
bus obducit mēbranis, pingueq; est, & interim coquē-
dum neutiq; venit, vixq; calente aqua aspergendum.
Quum verò cartilagines carne spolias, cauendum est
ne membranam cartilaginib⁹ proximè obductam, il-
liq; correspondentē auferas, quæ quod os ambit περι-
στεον, Græcis vocatur. Quippe hac membrana à cartila

ginibus

ginibus discerpta, illæ infirmius pectoris ossi committuntur, & contractæ breues intortæq; euadunt. Et quominus cartilagines hæ contrahantur, pectoris os ad ignem non est exiccandum, sed alicubi tantisper, dum ossa nectere proposueris, in loco nimis humido reponendum, ne rursus cartilagines plus æquo flacceſcant, ac postea deformem thoracis fabricã constituãt. Quãdoquidem nihil prorsus est quod æque elegantẽ sceleti struem vitiat, atq; pectoris os cum cartilaginibus, si modo illæ negligentius obseruentur, & non iam compactis ossibus potius, quàm antea, exiccari permittãtur. Reliquas autem cartilagines chartæ adhibitas licebit igni nonnihil admouere, at ita, ne nimium conuellantur: quum satius sit, & has quoq; post compactionẽ siccari. Iam integrum tibi est ossa & cartilagines ad eũ quem mox dicam modum contexere, aut dissoluta asseruare, quod longè etiam præstiterit, si modo aut cõnexis aut dissolutis carendum esset. Ossa nanq; disiuncta, & in oblõgam arcam seriatim posita, quouis tempore seorsum conspici, ac omnia quę ad ossium cognitionem spectant, edocere possunt, quæ autem erecta commissaq; sunt, sinus, capitaq; ossium nõ admodum accuratè commonstrant, sed (vt vere dicam) ad ostentationem potius, q̃ ad disciplinam conducunt. Quamquàm rursus ad disciplinam illa ossa accommodatissima sunt, quę subducuntur ex Italicis monumentis, penus modo (vt hic ferè omnia) extructis, & subimpluuio aliquo, aut alioquin aëri ita expositis, vt hæc pluuialẽ aquam quandoq; excipiant. Præter id nãq; quòd monumenta eiusmodi humida sunt, etiam aqua subinde accedit, cuius beneficio omnia, quę ossibus adnascuntur

promptissi-

prõptiſsimè marceſcunt, adeò vt illa oſſa poſt aliquot annos exẽpta, & obiter abluta, ſint integerrima, nihilq; modo in oſsibus ſpectandũ cõmonſtrent, ſi in arcam ſeriatim citra connexum reponantur ad coniungendũ enim prorſus ſunt inutilia, cum propter egregiam duritiẽ, tum propter deperditas coſtarũ totiusq; corporis cartilagines, quæ ſi fortè reperiũtur, ob putredinẽ ſunt friabiles, & vndiq; ab oſsibus libere. Rurſus ad hunc vſum ſunt inutilia, quæ è terra apud alias nationes effodiuntur, & cumulatim in cœmiterijs aſſeruãtur. Præter hoc enim, q; illa carie ob terræ ſiccitatem afficiunt, omnia eiuſdem hominis oſſa nunq; velut in dictis nuper monumentis reperies, vel Pariſijs etiã in innocentium cœmiterio, Vbi, ſi modo alibi, quàm plurimos oſſium, quæ è terra effodiuntur, habes aceruos: qui mihi quando primũ oſſa cũ MATTHAEO TERMINO, in omnibus medicinę partibus inſigni Medico, & dũ viuam mihi colendo ſtudiorum ſodali doctiſsimo diſcerem, adeò nobis ſuppeditarunt vberem copiam, vt longo indefeſſoq; ſpectandi vſu edocti, etiam obiunctis oculis cum ſodalibus interdum deponere auſi fuerimus, vnius mediæ horę ſpacio nullum os ex tot aceruis porrigi poſſe, quod cuiusmodi eſſet tactu non diiudicaremus; atq; ideo nobis faciendum erat ſtudioſius, quò diſcẽdi cupidi, magis præceptorum opera, in hac medicinæ parte deſtituebamur. Porro quòd ad coctorum oſsium connexum erectionemq; attinet, ea mox poſt emundationem (ne nimium indureſcant) commit tenda ſunt, nam ſtatim à coctiõe, oſſa ſolis ſubulis quibus ſuppinguntur calcei citra negotium perforãtur, æneisq; filis mutuo alligantur: quod quisq; prout ma-

tum nactus est industriam, & ea quæ hactenus toto libro descripsimus, nimis obaudiuerit suo marte perficiet. Ac primum quidem aliquot paratis subulis, æneo filo partim crassiore, partim tenuiore, filum igni indetur, quo postmodum magis sequax, & quantumuis varie intortum, minus rumpatur. His addentur duæ tenaculæ, seu forcipes vnus quidem quo filum intorquebitur, alter autem quo intortum iam absecabitur. Auspicaberis autē ossiū colligationē à pedibus, ac primū calci talum iunges, & deinde cubiforme os calci, & cymbam referens talo, & tria interiora tarsi ossa, cymbam referenti, deinde his cōmittes pedis ossa, hisq; seriatim digitorum ossa, cum ossiculis sesamo comparatis, quæ ideo cautius & tenuiori subula perforabis, quo duriora solidioraq; sunt, & ex subulæ impetu promptius diuisa dissiliunt, vbi vtrumq; pedem iunxeris, tibiæ ossis tuber, quod sinus femoris capita excipiētis dirimit cultro aliquo oblongo, sed arcto perforandum est, quod excipiendo duriori baculo sufficiat, qui femori etiam intrusus claui ritu ita tibiam femori committat, vti asseres absq; glutine necti cernimus. Est enim in femoris inferiori sede aliud foramē moliendum, illi è directo consistens, quod in tibia fieri volebam, vt idem baculus & femori & tibiæ indatur, huiusq; ope articulus genu inflexus maneat. Præter hunc baculū tamen, femur tibiæ ossi vtrinq; crassiori filo committendum est, nō prætermissis cartilaginibus tibię ossis sinus augentibus, quę cum hæc ossa iungentur simul cum illis constricta in articulo genu seruabuntur. Mox fibula tibiæ ossi supra infraq; alligabitur & patella simul femori ac tibiæ firmabitur. Hoc vbi in vtroq; crure præstitū erit, sacri

ossis

ossis lateribus ilium ossa crassiori filo sunt nectenda, ac deinde pubis ossa interueniente etiam illorum cartilagine iungenda. Iam ad manum erit orbicularis asser, in quem ossa erigentur. Conuenit autem huius asseris orbem tantum esse vt pedes illi eo situ, quo ossa erigenda ducis, aptè firmari queant. Huius asteris medio foramen in hoc paratur, vt cum ossa in erectam arcam recondes, inferior arcæ fundus axem habeat quæ foramini illi indita, orbem conuolui sinat. Præter hoc foramen, aliud iuxta orbis circumferentiam aptabitur in quo lignum firmari queat, quod instar teli, aut hastæ, aut falcis (vtcunq; visum erit) paratum scelerti manus suffulciat. Extructo in hunc modum, orbi pedes impones, & astantis alicuius ope super pedes reliqua crurum ossa inniti curabis, ac deinde femorũ capita in coxendicum ossium acetabulis indes, vt rectè filo aut virgula interuallum metaris, quod ab orbe ad humiliorẽ sedem foraminis pertinet, in sacro osse dorsalis medullæ gratia incisi. Hoc etenim interuallũ edocebit, qua mensura ferrum fabricandum sit, quod orbi affixum, & ossis sacri reliquarumq; vertebrarum foramini dorsalem medullam transmittente inditum, vniuersa ossa pulchrè sustinebit. Ferrum namq; ita aptandum est, vt validè orbis medio clauis affigatur, & ab orbe ad infimam vsq; nuper dicti foraminis sedem, teres aut quadratum sit, ab illa autem sede sursum latius quàm crassius esse conuenit, vt postmodũ ad dorsi inflexum os liquari queat, vertebræq; ipsi ita adaptentur vt immotæ ad id neutiquam circũuertantur. Atq; ideo ferrum inibi primum tenuius fiet, vbi sacrũ os ne deorsum subsideat, suffulciendum venit. Nisi enim hoc os

firmetur ſuſtineaturq́, vnà cum ipſo reliquę vertebrę ſenſim deſcendent, temporisq́ ſucceſſu ſceleti crura turpiter obliquabũtur. Accuratè igit̃ ab orbe ad ſacri oſſis foraminis infimã ſedem longitudo metiẽda venit. De reliqua autẽ ferri longitudine nõ adeò curandum eſt, cum hæc ſi forte longior ſit, poſt oſſium compactionẽ facilè præſcindatur. Et etiam ſi oſſa arcę imponenda duxeris, magnopere iuuerit ferrum plus minus duabus palmis longius quàm vniuerſum ſit ſceleton, fieri, vt ipſius portio extra verticem eminẽs, ſuperioris arcę fundi foramini poſsit indi, in ipſoq́ cõuolui. Ferro, itaq́ orbi perpẽdiculatim affixo, acutiori cultello oſſis ſacri foramen dorſalis medullę nomine inciſum, ſenſim ita exculpes, vt ferrum ipſi cõmodè intrudi poſsit. Nam quum hoc foramen natura arctius ſit, & inſigniter obliquum, nequaquam ferrum admittit, niſi quemadmodum iam diximus, hic augeatur, vt à ferri mucrone os ſacrum ad eam vſq́ ferri ſedem protrudere valeas, quam non amplius teretẽ quadratãúe faciendam innumus: etſi caſu hæc ſedes os ſacrum minus aptè ſuffulcitura videbitur, operepręcium erit eam ferri ſedem lima exaſperore, ac dein nodum illi ex eo ęneo filo obuoluere, qui os ſacrum cõmodè ſuſtineat. Oſſe ſacro in hunc modũ ſuffulto, craſsiori filo femoris capita coxendicũ acetabulis innectes, diligẽter perpendens quantũ hęc aut extrorſum aut introrſum intorqueas, ne fortè crura turpiter intorta cõmittas, aut patellæ, interiora potius crurũ, q̃ anteriora reſpiciant, quod ſanè futurum eſt, niſi adamuſsim capita ſuis ſinibus iunxeris, vtcunq́ tamen feceris, in hoc cõnexu filum prorſus intorquendũ non eſt, priusq̃ pedes orbi

& tibijs

et tibijs eo ſitu commiſeris, qui tibi apparebit elegãtior. Hunc à baculi, quo manus ſtabilientur forma, potiſsimum peres: alium quippe ſitum meſſoria falx, aliũ telũ & aliũ rurſus haſta, aut Neptuni tridens, aut aliud quod uis inſtrumentum expetit. Modo vertebræ omnes ſeriatim accõmodandę ſunt, quo cuiuſq; ſitũ ordinemq; inuentu non arduum obſerues. Hunc namq; vertebrarum forma & articulationis ratio prompte oſtendũt. Quum primum itaq; ordinatim oẽs in menſam repoſueris, quinq; lumborũ vertebras inuicẽ duobus nexibus cõmittes, qui in corporum lateribus facti, vnà cartilagineũ ligamentũ contineãt, quod vertebrarũ corpora interuenire dictũ eſt, atq; huiuſmodi ligamenta ſeriatim à charta, cui illa applicaſti ſunt aſſumenda, eo ſemper relicto quod eas intercedit vertebras, quas inuicẽ nõ alligas, quẽadmodũ in præſentia eſt ligamentũ ſeu cartilago, ſacrũ os & infimã lumborum intercedẽs vertebrã, idq; quod ſupremã lumborũ & infimas thoracis vertebras interuenit, iunctis em̃ lumborũ vertebris, ſex inferiores thoracis inuicem, & poſtmodum ſex ſuperiores vna cum ceruicis humiliori connecten tur, reliquæ enim ceruicis mutuo non ſunt colligandæ, ſed eas interueniens cartilago, corpori inferioris vertebræ dumtaxat eſt glutinanda, quandoquidem ceruicis vertebræ etiam non nexæ ſed ferro tantũ indi tæ ſuam ſeruãt ſedem, neq; thoracis vertebrarum modo immotæ, poſtmodum coſtas ſuſtinere debent, ilico igitur, atq; vertebras, ad eam quam præcepi rationem priusq; illis ferrum traijciatur commiſeris, lumborum vertebras ita connexas ferro impones, idq; ſedulò ad eorum ſitum inflexumue obliquabis, ac infimam ver-

tebram vnà cũ ſacro oſſe ita cõmittes, vt iam prius lũborũ vertebras mutuo iunxiſti, mox his inferiores thoracis adiunges, perpetuo q̃ licebit accuratiſsimè ferrũ vti neceſſum erit complicãs, & infimam thoracis vertebram, ſupremę lumborum adnectens. His pari modo ſuperiores thoracis vertebræ addentur & harum infima ſupremæ earum, quę iam ferro appoſitæ fuerant, alligata latiuſculum & longum nigroq; colore intinctũ adaptabis baculum, qui poſteriori ferri parti appoſitus, quam licebit demiſſe inter ferrũ & vertebras intrudetur, vt huius baculi beneficio, vertebrę ad ferrũ firmius contineantur, neq; vlla ratione verſatiles ſint, ne poſtmodum vniuerſus thorax, in hoc illudẽ latus turpiter conuolui queat. Vt autẽ caluaria ferro applicẽt neceſſum eſt, verticẽ foramine quodã perforari, adamuſſim ferri amplitudini & craſsitiei correſpõdẽte, nequã do ipſi ferrũ traieceris, caluaria quauis occaſione quoquo verſum circũuertatur. Prout eñ faciem anteriora exactè, aut latera ſpectare voluerit, foramen id, aut trãſuerſim, aut obliquè inſculpere cultro quopiã oportet. Quemadmodũ & illic vbi caluaria denuò perforanda eſt, vt ligulis ea ſectio, quam ſerra in caluaria molitus es cõmittatur, & quum viſum fuerit caluaria à ferro adempta, rurſus diſſolui queat, ſummopere namq; conducit, internam caluariæ amplitudinem, qua cerebrum cõtinetur intueri. Quod vt fiat, vtraq; caluariæ pars, tribus foraminibus ſibi mutuo correſpondẽtibus candenti ferro, aut cultri mucrone eſt perforanda, ac vnum quidem foramen oportunè in occipitio perficitur, & vtrinq; in temporibus vnum. At inferiorẽ maxillam æneo filo cum ſuperiore committes, nexu ſuis capitibus

capitibus in ſinus ſuperioris maxillæ facto. Verũ cum hic connexus non adeò firmus ſit, vt accuratè dentes mutuò applicet, ſed inferior maxilla depẽdeat, elegãsq; ſit hanc ſuperiori modo iungi, modo diſiungi, præter dictũ nexum maxillæ inferioris, acuti proceſſus etiam perforandi ſunt, & funiculus ipſis illigandus, qui ſubiugalibus traiectus oſsibus, & vertici incũbens, nunc verſus frontem, nũc verſus occipitiũ tendi poſsit, dentesq; ita collidi queant. Vtcunq; verò ſit, potiſsima ferri cura eſſe debet, ne illud inepte nunc in poſteriora, nunc in priora obliquatũ, corpus indecorè erigat: quominus autem id fiat, magnopere cõduxerit, dorſi ductũ cognoſcere. Porrò nunc tempeſtiuum erit coſtas vertebris & ſuis cartilaginibus alligare, quod ſanè vt adamuſsim et ſedulò facias. Primũ omnes dextras coſtas, à ſiniſtris diſcernes cõiectura vel à ſinu ſumpta, quo vena, neruus & arteria coſtis exporrigitur. Dein à ſuperiori coſtarũ ſede, quæ elatior ſpicioráq; inferiori occurrit: deinceps in hunc ferè modum ((( ))) coſtas menſæ ſeriatim impones, vt dextræ ſiniſtris reſpondeant curans. Promptũ enim erit, ſingulas ſuis ſedibus ponere, ſi ea modo memoria nõ exciderint, quæ ad internoſcendas coſtas ſupra cõmemorauimus. Ex hac coſtarum ſerie primam vtriuſq; lateris coſtã, ſuæ cartilagini ad pectoris os adnectes, & deinde ſodali pectoris os cum ſuis cartilaginibus, in ſua ſede tenendũ porriges, ac deinceps primas coſtas, primæ thoracis vertebræ tranſuerſis proceſsibus alligabis. Inſuper ſecundas coſtas ſuæ cõmittes vertebræ, & poſtmodũ, ipſarũ cartilaginibus, atq; ita ſeriatim omnes, obſeruãs interim vt illas coſtas toto interuallo prorſus dehiſcere ſinas, quæ ante ſectionẽ cartilaginib⁹

inuicem dirempte fuerant. Nunc humeros ſpiſsiori filo ſcapulis nectes, & deinde tenuiori filo, clauiculas ſummis humeris, mox ſcapulas coſtis, & clauiculas pectoris oſſi. Quum tamen humeros ſcapulis aduincies, expendendum eſt, quonã ſitu manus collocandas duxeris: hic enim multũ refert, quomodo ſcapulæ ſinui caput humeri cõmittatur, in quo etiam connexu cartilago neutiq; prætereunda eſt: cuius auxilio, ſcapulæ ſinus interdũ adaugetur: atq; ita etiã cartilagines maxillarũ & clauicularum articulis peculiares non neglectæ, ſuis articulis nectẽtur. Cæterũ cubiti oſſa, humero vincienda non ſunt, priusq; extrema manus tota fuerit nexa. Radius itaq; ſupra infraq; vlnæ eſt colligandus. Deinde ſi brachialis oſſa diſiuncta, ſuisq; ligamentis libera ſunt, ea inuicem ſunt cõmittenda, aliàs autẽ ſuorũ ligamentorũ interuentu abundè continẽtur, inferiori ipſorum ſedi primum pollicis os & quatuor poſtbrachialis oſſa, ac deinde his digitorum oſſa vnà cum ſeſaminis oſſiculis adnectes: poſtremò autẽ brachiale radio iunges, & deinde vlnam humero, atq; vbi id in vtraq; manu præſtitũ erit, ſummas manus, baculo illigabis, quem validè orbi infixum inſtar falcis, aut aliter extruẽdum dixi, Erectis nũc oſſibus, & ex oſſe.v. referenti, & auditus organi oſſiculis, ac aſperæ arteriæ auriumq; & palpebrarum cartilaginibus, & vngue cordisq; cartilaginibus monile licebit confingere, his omnibus catenulæ aut exiccato cruris, aut manus neruo adnexis: hinc liquet quàm leui negotio humani corporis oſſa oppidò quàm Medico exoptãda, parari queant, quo in opere nihil ipſo connexu nõ aggredienti difficilius videbitur, qui tamẽ mihi primũ experienti ſatis pulchrè ſucceſſit,

ceſſit,exemplo ab illis ſumpto,quos effractas ſcutellas, & lapideos cacabos cõpingere interdum videram.Co ctionis autẽ rationem emolliendi in medicina vis do cuerat,Lutetia namq; ob belli tumultus Louaniũ reuer ſus,atq; vnà cum Gemma Phriſio æquè celebri medi co,ac pauciſsimis conferẽdo mathematico,oſsiũ viden dorum nomine ad eum locum quo magna ſtudioſo rum commoditate, omnes vltimo affecti ſupplicio in publica via ruſticis proponi ſolent,obambulãs,in eiuſ modi incidi aſſiccatũ cadauer,quale latronis erat,quod Gal.ſe ſpectaſſe cõmemorat. Vti enim hoc aues carne liberarant, ita ſanè illud quoq; ipſis emundaſſe conij cio,quia homo ille ante annũ,ſtramine dumtaxat obu ſtus & quaſi toſtus paloq; alligatus, ita ſuauem eſcam auibus exhibuerat,vt nuda vndiq; eſſent oſſa, eaq; ſo lis ligamẽtis hærerẽt,muſculorũ exortibus & inſertio nibus dumtaxat aſſeruatis,quod in ſuſpenſis nunq; vſu venit,quum præter oculos (etſi vulgus aliter arbitre tur) volucres nihil ob cutis craſſitiẽ dilanient,ac proin de integra in his cute oſſa intus carie afficiuntur pror ſusq; ad diſciplinam ſunt inutilia.Aſſiccatũ itaq; & nul la ex parte humidũ ſordidumue corpus intuens, haud quaq; inſperatam ac ſubinde expetitam mihi occaſio nem prætermiſi:quinimò Gemmę beneficio palũ con ſcendens femur à coxendicis oſſe diuulſi:trahẽtiq; mihi vnà cum brachijs ac manibus, ſcapulæ quoq; ſubſecu tæ ſunt, deerant tamen alterius manus digiti & patella vtraq; vnà cum pede altero. Quum itaq; crura & bra chia (relicto cum totius corporis trunco capite) clam repetitis vicibus domũ detuliſſem,vt thoracem qui ca tena altè firmabatur nanciſcerer, extra ciuitatem me

veſperi excludi paſſus ſum, tantoq; obtinendorũ oſſiũ deſyderio & ſtudio ardebã, vt media nocte in illa corporum multitudine quod expectabã diuellere nõ horruerim, haud mediocri labore ac induſtria ſine arbitris palum conſcẽdens. Verum detracta oſſa procul illinc deferens, in ſecretiori loco condidi, fruſtatimq; altera die per aliam ciuitatis portã domũ detuli. Porro cùm ligamenta reſcindere cœpiſſem, nihil ob egregiã eorũ duritiem promoui, ac illa feruẽte aqua emollire coactus ſum, vtq; voti cõpos redderer, oñia oſſa tandem tacitè ita coxi, illiſq; emundatis, illud ſceleton extruxi, quod Louanij apud longè amiciſſimũ mihi, Gisbertũ Carbonem inſignem ac vario diſciplinarũ genere inſtructum medicum, meumq; à puero ſtudiorũ cõmilitonem aſſeruatur, atq; id ſceleton adeò perfectè reparaui, & manũ ac pedem duasq; patellas non minori labore & induſtria aliunde conquiſiui, vt omnibus perſuaſerim, id me Lutetia aduexiſſe, quo omnem ſubreptorum oſſium, ſuſpitionẽ delerem, quamuis eius vrbis prætor, poſtmodum adeò medicinę candidatorum ſtudijs fauit, vt quoduis corpus à ſe impetrari gauderet, ac ipſe non vulgariter anatomes cognitione afficeretur, mihiq; illic anatomen adminiſtranti ſedulò adſtaret. Quum igitur primũ tentantibus nobis, adeò prõsperè negociũ ſucceſſerit, quid nunc futurum exiſtimandum, poſtq; componendi quoq; rationem alijs deſcripſimus? & præter ſubiungendas nũc tabulas, in plurimis academijs vel nra opera ſcelera viſunt? Verũ nõ hoîs ſolũ oſſa, ſed & Galeni noſe, ſimię & canũ, ac Ariſt. etiã gratia auiũ piſciumq; & reptiliũ inuicẽ cõnexa, aut ſaltem diſiuncta apud medicinæ & naturalis philoſophiæ

ſtudioſum

studiosum esse oporteret, nisi fortè hanc philosophiæ partem ad nos nihil pertinere arbitremur, satisq; esse nobis persuadeamus si nostris syrupis citra anatomen imponere mortalib⁹ & loculos opplere possimus. GAS. Nunc facilè mihi persuadeo ex ea tam erudita & eleganti oratione tui vt dicis illius institutoris, quod de eo dixeras à principio in suam cõmendationem deus bone præter ingenij acrimoniam studiumq; in anatomẽ veritatemq; propensissimũ, orationem miror tonãtissimam, ac planè fulminatricem facundiam, vt sanè operæ pretium erat, in viro tam multa dicturo in eruditissimum pariter & eloquentissimũ Gal. facturus es rem mihi lõgè gratissimã, si tuę orationi semp condimentũ addideris, ex tui præceptoris elegãtissima oratione. AN. Hactenus vix quicq̃ in anatomicis audiuisti, quod non sit ipsi totum referendum. Nam olim ex suis prelectionibus qua poteram diligentia manuscriptos commẽtarios, mea qualicunq; opera mihi comparaueram Pataui, ex his si placet persequar institutum, sic namq; fiet, vt tibi sit satisfactum citra laborem immensum. GAS Nihil magis expeto. AND. Audi ergo.

Absoluta ossiũ enarratiõe, primũ oportet animaduertas, partiũ vniuersi corporis cõmune indumentũ, quod cutim dicimus, inter neruũ & carnẽ mediã habentẽ naturam, cui præterq̃ quod plures neruorũ soboles occurrunt, extrema parte cuticula quædã tenuis exanguis, obducitur, quam Græci ἐπιδερμίδα, vocant. Cutim vero in mulierculis obesulis potissimum, temperamento frigidiore præditis, adeps plurimus sequitur, ibiq; asseruatur, quem te liberare conuenit, animaduertens sedulò, neruulos & venas quæ super membranam mox

enarrandã

enarrandam in adipe prorepẽtes, cutem petunt. Ei ergo pinguedini dictæ subest membrana, quam omnes iam fermè carnosam dicimus, quæ cuti veræ enarratę fibris frequentioribus cõmittitur, carnosis interim adauctà fibris, eaq; ratione carnosa dicta, cuiusmodi est in tota amplitudine colli, in fronte, ac reliqua propemodum facie, vbi etiam musculi nomine merito gaudere videtur. Musculus tamen longè aliter nobis definiendus, quàm hactenus Gal. creditum est. Est namq; ex nostro arbitratu pendentis motus voluntarij ue instrumẽtum, multis membraneis, ligamentiq; naturam possidentibus carneq; intertextis fibris formatũ: & vt in se motus membri gratia contrahatur eamq; partẽ agat, neruorum à cerebro animalem spiritum & vim adferentium opem non secus quam sensuum organa expetens, similiterq; vt reliquæ quas enutriri decet partes, venis arterijsq; irrigatum. Tendo verò est eius enerua tio quædam ac veluti illius fibrarum citra carnis interuentum coalitus parum nerueus, vulgus medicorum ligamenta, tendines, præter veterũ sententiam in quos iam acriter inuehitur Gal. atq; organa quib⁹ animali spiritu totum corpus irrigatur, nerui nomine donant. Quòd sint corpora similaria, ex osse cartilagine ue principium ducẽtia, dura, candida, colligãdo, cõtinendo, obtegendoq; admodum idonea, constituendis musculis admodum necessaria. Non tamen perpetuò musculi in eam quam diximus eneruationem seu tendinem degenerant, quippe tum tendo à musculo solũ producitur, quum musculus adeo longã sedem ab exortu ad insertionẽ vsq; obtinet, vt eius fibræ carnis primarię musculorũ partis implexu, vniuerso ductu haud indigeant.

indigeant. Exorditur musculus perpetuò, ab ossè cartilagine, aut membrana quapiam, lõgiores musculi intẽdinem modo teretem, modo latum ac membraneum modo breuiorẽ desinũt. Breuiores vero vniuersò ductu carnei permanent ferè in nullã notatu dignã enervationem degenerantes. Nunc ergo iam nobis diligẽter expendendum est, quod frontis cutem, seu vt diximus indumentum quæ voluntario mouetur motu, ea membrana moueat, nobis carnosa iam dicta, ibi potissimum carneis fibris aucta, itẽ & superior palpebra eius beneficio mouetur, nam ea parte qua hæc ad internã oculi sedis regionem carnea efficitur membrana, palpebram mouet atq; attollit, quà vero eadem membrana ad externam oculi sedem carneis fibris ad. C. literæ latinæ maiusculæ imaginẽ ductis enutritur, palpebræ motibus deorsum præficitur. GAS. Estne difficile eam quã dicis fibrosam mẽbranã à reliquis partibus circũuicinis liberare? AND. Fiet commodè si primum detõsis crinibus, à vertice recta per frontem ad supercilio-rum medium ad nasi vsq; extremũ, sectio acutissimo cultro per cutem ducatur, ac alia postmodum secundũ coronalis futuræ ductum ad tempora & aurium vsq; radices, mox in altero latere, hamulo cutis propè sectionum angulos eleuanda est, ac vnà cũ carnea mẽbrana ad supercilia vsq; auellenda, eodem prorsus modo quo carnea membrana à succũbentibus musculis separari debet. At in altero latere varias easq; trãsuersas sectiones experiere, quousq; relicta ad caluariam carnea mẽbrana cutẽ minori negotio ab ipsa ad supercilia vsq; adimas, demũ in palpebrarum musculos prorũpes. Quod hacten⁹ dixim⁹ nõ est factu admodũ difficile,

difficile, namq; carnosa mẽbrana haud coïit cum vera in vnum corpus vt nulla ratione seiungi possit, in pal pebris vero haud quidem perfunctorie oportet te cõ nexũ cutis cum carnea mẽbrana expẽdere, adipisq; ab sentiam, propter quam plurimos affectus qui ipsis pal pebris subinde contingunt. Oculum vero septẽ ducunt musculi membranei dicti propterea quod exordiãtur à membrana dura neruum visorium ambiente. Quo rum primus in latus introrsum ad angulũ internũ. Se cundus cõtra ad externũ, tertius surſum, quartus deor sum, quintus & sextus obliquè ducti, oculum nõnihil circumuertũt, primi & secundi musculorum functio nem tantisper adiuuantes. Hi sex teretes omnes forma respondẽtes, à dura vt dixi pronati in anteriorem du rę oculi tunicę sedem iuxta iridis latera in orbem, latis membraneisq; tendinibus inseruntur. Septimus his enarratis subest, & solus sua carne neruum visorium in orbem ambiens, in posteriorem duræ oculi tunicæ sedem carneus implantatur, ac ijsdem ferè motibus cum sex illis musculis præest. Quos te sic aggredi oportet. Liberato totum oculum à sua cauitate, cum parte visorij nerui illa sis musculis, quod fiet abrup to craneo cautè quidẽ, aut melius serra diuiso sectiõe ducta, à regione maioris anguli oculi versus visorij nerui foramẽ, atq; altera ab angulo minori ad prioris sectõis terminũ. Mox euulso osse atq; deinceps oculo, totũ adipem glãdulas, venas, arterias q; adimito, vbi per suos ductus musculi occurrẽt q̃ primũ, quos à visorio neruo cultro liberato, ac vnũquemq; ducito ad mediã oculi regionẽ quasi efformaturus stellam, quippè hac ratione, cuiusq; insertionem & vsum, leui negotio cõ

discęs

diſces. Cauendum eſt tamẽ,ne adhærentem tunicam, à cornea prorſus abradas,ne muſculorũ ſex inſertio alĩ quo pacto vicietur, Deinde adipem vſq; ad ſeptimum muſculum coaceruatum vnguibus ſummis aut cultro exemito,moxq; apparebit tibi conſpicuè à neruo viſorio ad duram vſq; oculi tunicã,in orbem ductus ſeptimus & carneus totus muſculus, Oculi tamen ſitus expendendus eſt diligenter propter obliquorũ muſculorum ſitum & formam,quem caruncula,quæ in maiori angulo habetur,facilè indicabit. Naſi verò alæ ſuo etiam motu ſunt præditæ,tametſi non vſq; adeò manifeſto,quarũ alteram ſurſum extrorſumq; ducit muſculus ab interiori malæ latere pronatus,qui vna ſui parte in alam,altera in labrum ſuperius, quà id alæ ſubijcitur inſeritur. Quam alam introrſum contrahit mẽbraneus muſculus in narium amplitudine,ſub tunica illas ſubcingente latitans. Buccas verò & labra, mouent muſculi vtrinq; quatuor,quorũ primꝰ,carnea cõſtituitur mẽbrana, carneis fibris in anteriori potiſſimũ colli ſede arq; facie, ad malas vſq; enutrita, muſculoſaq; facta. Secũdus à malis exorſus,ſuperiori labro inſerit. Tertius verò ab inferiore maxilla,in humilius labrũ pertinet. Quartus admodũ varius,in ea buccarũ parte cõſiſtit quã inſiamꝰ,quibus accedit illiꝰ muſculi portio,quẽ alã naſi extrorſum agere diximus,qui vnà cũ enarratis mirificos illos, variosq; buccarũ & labrorũ motus effingit, quibus motibus, hiſtriones galli, miros vultus & admodũ ridiculos confingunt. GAS. Ardua res erit, hos enarratos muſculos benè intueri, cũ nõ ſint vſq; adeò conſpicui. A N D. Ita habet res,dabo tamen operam,vt nactus cadauer,in eo te facile exerceas, huiuſ-

modi

modi muſculos inſpecturus oportebit te, à latis ac ex carnea conſtantibus mẽbrana muſculis, auſpicari. Primum acutiori cultro in cute ſectionem rectam, à ſummo mento, mediaq; inferioris labri ſede, vbi cutis rubeſcere occæpit, ad pectus vſq;, ſecundum colli longitudinem duces, ita quidẽ exactè, vt ſola cutis, ad ſubiectum vſq; muſculũ, aut membranam carneam quam diximus, diuidatur. Mox alia fiat ſectio, ad vtriuſq; labri extremum iuxta ruboris finẽ, ſic vt orbiculari ferè linea, os vniuerſum obducatur. Tertio, per naſi longitudinem ducetur ſectio, quòd ſi prius frontis muſculorum ſtructurã, atq; palpebræ muſculos aggreſſus iam fueris, nulla præter has in facie ſectio eſt ducenda, niſi ſub aure, ad medium vſq; occipitij, alias verò ex ſummo narium, ſub inferiori palpebra & aure, verſus occipitium tranſverſam moliri deberes ſectionem, tamen à fine ſectionis ductæ ad pectoris vſq; os, tranſuerſa ſub clauiculis, & ſummo humero, atq; ſcapularum ſpina, ad dorſum vſq; perducetur linea, quibus omnibus licebit tranſuerſam, ex faucibus ſeu gutturis regione, vſq; ad ſpinam adijcere. His ergo peractis, hamulo cutis leuabitur, ac in altero latere acutiori cultro, ſeduló cutis à ſubiecto muſculo mẽbraneo liberabitur, quòd nullibi erit tibi magis moleſtũ, quàm vbi laqueus ceruicem cõpreſſerit, tum enim cutis, mẽbraneo muſculo pertinaciſſimè connata reperitur, adeò vt inſtar corii indurata vix nouaculam ſit admiſſura. Eſſet cõmodius muſculorũ diſſectioni corpus, ex quo venæ prius ſectæ, vniuerſum ſanguinem in aquam calentem deriuaſſent. Tunc enim venæ ſanguine inanitæ, dum muſculos diuidis, nullum tibi exhiberẽt negotiũ. Ex altero

latere

latere, vnà cum cute musculum latum tenuemq́ aufe
res, atq́ vtrinq́ musculi naturam, fibras, neruosq́, ac
reliqua intuebere. Fibrarũ vero huius musculi seriem,
in tota humiliore inferioris maxillæ sede, diligẽter in-
tuearis oportet, donec eas, strumarũ, vel vt vulgo di-
cunt scrofularũ gratia diligenter animaduerteris, quò
in eo genere abscessus, quũ vsus expetet, felicius tumẽ
tes glandulas exseces, ne sectione in hoc affectu tenta
ta, extra fibrarũ ductum, nimis obscœnæ hinc inde col
li cutem aut tendat, aut corruget. Vbi ergo hoc obser
uaueris, eius lateris musculum, quem subditis corpori-
bus adempta cute fixum reliquisti, omni ex parte adi-
mes, atq́ administrationem ad proprios labrorũ mu-
sculos conuertes, qui in conspectũ veniunt vbi primũ
adipem, qui his præcipuè in buccarũ regione incũbit,
permiceturq́ vnà cum lato, qui ex carnea constituitur
membrana musculo ademeris. Itaq́ liberabis ab infe-
riori maxilla, primum duorum qui inferiori labro elar
giuntur capita, sensim ea ad insertionem vsq́, vt fibras
examines, deducens: vbi labra fungosæ cuiusdam sub-
stantiæ interuentu, maxillæ ossi cõnata reperies, quę la
bris opitulatur, quoties distrahuntur, tenuesq́ fiunt, &
quoties contracta, incrassantur ac corrugantur. Præter
hanc substantiam, occurrent nerui duo, maioris tertij
paris neruorũ cerebri radicis ramuli, ex maxilla inferio
ri, in eos musculos quos iam dissecas, conspersi. Postq̃
verò inferiores liberati fuerint, duos quoq́ superiores
à malis dissecabis, atq́ illis ad superius vsq́ labrum de-
ductis, quatuor musculorũ functiones, capita illorum
huc atq́ illuc trahens, spectabis. Postremò, musculo alę
nasi & superiori labro cõmuni, à malis deraso, ac ad

alam vsq;,& labrum deducto,eius vsum contemplabe re, Oportunè etiam considerabis membranosa ligamina nariũ alas colligãtia alijs nasi cartilaginibus,& deinde mutuũ earũ connexum. Nam de narium tunica, in neruorũ distributione pertractabitur, in præsentiarum suffecerit,sermoni adijcere,tunicam illam,quæ narium amplitudinẽ ambit,cultello aliquo vsq; à subditis partibus abradendam esse, vt cõmodè tenuem membraneumq; musculum intrò alam mouentem, intuearis. Quibus omnibus resectis, secundus alterius lateris musculus,externa ipsius superficie longè spectatissimus se offert,vt tamen ipsius naturam quoq; accuratè obserues, vndecunq; vnguibus est diuellendus, ac postmodum à maxillis & dentium gingiuis derasus, à tunica oris cauitatem obtinente,venit liberandus, qui musculus buccarũ motibus,non autẽ maxillæ inferioris præesse dicetur, sua admirabili constructione, fibrarumq; implexu,quẽ eò studiosius in multas particulas discerpas oportet,quod nõ fiet citra iucunditatem. GAS. Video horum enarrationẽ verbis non posse magis illustrari, reddiq; faciliorem. Cæterũ vt dicebas multum esset,hæc ipsa in cõmodo cadauere exerceri,vbi facilè crediderim, ardua atq; admodũ difficillima dictu, fieri longè facillima. AND. Iam istud volui te à principio intellexisse, ne orationem confusam sæpe diceres, & clariorem reddi cuperes, quod subinde nequit fieri, imò contra facilè ostensurus es,quod vllo verborũ genere sis facilè exequuturus. Cæterũ ad institutũ reuertor. Maxillam inferiorẽ octo agunt musculi, quatuor vtrinq; quorũ primus temporalis est, à verticis osse ac frontis & cunei formæ & temporis ossibus amplo, la-

toq;

toq; principio ortus, maxillę inferioris acuto proceſſui implantatus, Secundus à mandēdo, manſorius dictus, ab ea capitis regione, quæ iugaleos nuncupatur, procedit, externæq; ſedi maxillæ inſertus. Tertius verò à capitis proceſſibus alarū imaginem exprimētibus, in internam maxillæ ſedem implantatur, vnà cum enarratis maxillam attollens, atq; in latera, prorſumq; ac retrorſum agens. At quartus cū ſuo pari maxillam deorſum trahit, à proceſſu ſtylum imitante capitis oſſis temporalis, initium ducens, duobusq; ventribus priuatim donatus, ad ſummū mentum maxillę inſeritur, ſicq; habent octo mouētes inferiorem maxillam, quę in omnibus ferè animantibus, ſola ad ſuperiorem mouetur, ea ſuperna ſemper immobili præterq; in crocodilis, diris ac fœtiſſimis animalib⁹, quibus aliquot ſtuuij vt audio in noſtris Indicis regionibus, maximè ſcatēt, in quibus ſuperior ad infernam ducitur, immota ſemper inferiori. Horū quoq; adminiſtrationē hoc pacto tentabis, à temporali exordius. Capite in latus reclinato, grandiori cultro, quem adminiſtrandarū ſectionū gratia tibi iam cōparaſti, adhibito malleo, iugale os ad aures atq; malas exſcindes, idq; acutiori cultro vndequaque, à muſculo tēporali, cui valli ritu hoc proponitur, & maſſeratere, cui principium exporrigit, liberabis, exactè tum temporalis muſculi ad illud os connexum, atq; maſſeteris exortum conſiderans. Ablato iugali oſſe temporalis muſculi principiū, quod ſecundum capitis longitudinem, ſemicirculi inſtar exoriri eſt dictum, vndecunq; nouacula proximè ab oſſe abrades, quouſq; totū muſculum à caluarię & maxillæ ſuperioris oſſibus ademeris. Iam temporali muſculo deorſum & extrorſum re-

flexo, intuebere neruoſiſsimum ipſius tendinem, acutũ maxillæ inferioris proceſſum qnaſi in ſe occultatũ amplexantem, deinceps, qui is muſculo in ore deliteſcenti & maſſeteri cõmittatur ſpectabis. Poſtremò ſi aperto ore muſculi temporalis initia ſurſum trahere non detrectaberis, ipſius munus prõptè condiſces. Nunc operæpretiũ eſt, maſſeterem à iugali oſſe & malis liberatũ, ab humiliori maxilla ſimiliter cultro deradere, atq; illius inſertionem haud oſcitanter perpendere, animũ adhibens, à maſſetere nullam portionẽ conferri ad muſculi temporalis tendinem maxillæ proceſſui inſertũ. Integrum quoq; erit, maſſeteris officiũ indagare, poſtquam ſectionis ſerie, maxillam inferiorem carne denudaueris. Omnibus eñ membris, quorũ motum in emortuis animalibus examinare inſtituimus, cõmune eſt, vt vnã uerſam carnem ab illis oſſibus, quorum motus indagatur auferamus, ac illi dumtaxat muſculi, quorum ope ipſa mouentur intacti maneant. Quamobrem maxilla inferior his quę illi inferius adnaſcuntur corporibus liberata, ſi maſſeteris muſculi principia huc illucq; traxeris, facilè his maxillã in latera ac prorſum retrorſumq; agi, & demum ad ſuperiora etiam allici ſpectabis, muſculum tertiũ enarratũ in ore deliteſcẽtem, adamuſsim niſi inferiori maxilla in menti regione per mediũ diſſecta, adminiſtrare nõ poteris, ac proinde grandiori cultro operi adhibito, ipſam a ſummo mento auſpicatus, per medios dentes inciſorios diuides, diuiſam vtrinq; manibus apprehendes, vi vtramq; ipſius partem in latera reflectens, ac illam veluti ex ſuperioris maxillæ ſinibus luxans. Mox oris tunicam circa maxillæ extrema, cutis inſtar ſeparabis, quouſq; muſculus ore recõditus,

ditus, ſeſe ex omni parte offerat. Quem, ſi viſum fuerit, aut oſſibus commiſſum relinques, aut ab ipſis derasum abijcies, ipſius quoq; functionẽ, non oſcitanter expendens. Verum ſectioni non obfueris, ſi muſculi eius adminiſtrationi tantiſper ſuperſedeas, donec linguæ & oſsis. v. imitantis muſculos, vnà cum illo aggrediaris, nẽ modo hunc videre ſtudens, illos imprudens laceres. Muſculum qui os aperit, ad maxillæ inferioris longitudinem protenſum reperies, atq; vt diximus maxillæ interna ſummi menti ſede inſertum, Hic nullam peculiarem adminiſtrationẽ exigit, ſi prius maſſeterem, & glandulas venis & arterijs quæ auribus ſubijciũtur reſecueris, huius initiũ, ſi verſus ſtylum imitantem proceſſum protraherur, maxillã deorſum vellere vidébitur, atq; id nõnihil obliquè in vnũ latus, ſi vnius tantũ muſculi initium traxeris. Vtroq; autẽ attracto, rectus, neq; in alteram partem inclinans, perficietur maxillæ ad inferiora ductus. At horũ muſculorũ, perinde ac in ore deliteſcẽtium ſectio, tunc demũ oportunius perficitur, quum linguæ & oſsis hyoidis & laryngis muſculi, vnà aggrediũtur. Oſsiculum illud. v. referens, deorſum recta trahunt duo muſculi inuicem proximi, à pectoris oſſis ſummo exorſi, ſurſum verò id ducunt alij duo, à maxilla inferiori pronati. In latera verò ſurſum allicitur vtrinq; muſculo, qui à capitis proceſſu ſtylum referenti producitur, deorſum quoque ad latera vtrobiq; vnus mouet muſculus, ab elatiori ſcapulæ coſta principium obtinens, hi octo enumerati muſculi in anteriorem oſſis hyoidis ſedem implantãtur. Quos ſic te aggredi oportet. Primum ab inferiori maxilla, quæ adhuc integra eſt, obliquos & latos muſculos, qui tertij

& quarti loco habebantur derades, eos vſq; ad regionem, qua oſſi hyoidi implantantur diſſecãs. Mox primi & ſecundi capite a pectoris oſſe liberato, vtrunq; verſus os hyoidis deducito, illos a muſculis ſeparans, qui duobus hyoidis oſſis muſculis ſubſtrati, a pectoris oſſe in ſcutiformem laryngis cartilaginem pertinent. Quum verò horũ oſſis hyoidis muſculorum originẽ aggredieris, cauendum eſt, ne initia muſculorũ, a pectoris oſſe & clauicula ad mamillarem capitis proceſſum aſcẽdentia, vicies, aut etiam ex eadem ſede natos, nuperq; dictos ſcutiformis cartilaginis muſculos, vnà auferas. Quintum & ſextũ ſummis digitis, aut cultro exiguo à conterminis partibus, vſq; ad ſtylum referentes capitis proceſſus deduces, illorumq; initia illinc libe rabis. Septimum & octauũ vix, niſi ſecundo ſcapulam mouentiũ muſculo, & illo qui à pectoris oſſe & clauicula, mamillarem proceſſum petit abſectis, aggredi promptũ eſt, nihil tamen prohibet ipſos à vicinis partibus, exiguo longoq; cultro buxeo, vel arũdinaceo, aut ſolidis digitis liberare, ipſorumq; capite apprehenſo, id à ſcapula cultello diuidere: Tametſi hos, donec muſculos ſcapulam mouentes aggredieris, interdum ſeruandos duco, vt quemadmodũ nõ ſemel tentaui, tu quoq; experieris, num muſculi illi ſcapulam omni prorſus carne liberam, ſurſum agere poſſint, cõtemplerisq; quàm bellè, primo quoq; tentionis impetu rumpentur. Cæterum propriis octo hyoidis oſſis muſculis hac ratione ab ipſorum principijs pendentibus, integrum erit, cuiuſq; muſculi munus indagare, quolibet muſculo ad ſuum principium leniter acto. Muſculorum verò oſſi hyoidi nõ propiorũ ſectio, in eum locum reſeruabitur,

qui

quæ earundem partiũ, quibus illi inſeruntur, anatomen pertractabit. Linguæ humanæ potiſſimũ conſtructionem, hactenus à nemine exactè traditam videre poteris. Ea ſiquidem pars librorum de Adminiſtra. ſec. Gal. in qua linguæ meminerat, cũ alijs pleriſq; interijt, temporum iniuria. & lib. de vſu part. qui integri habentur, leuiter de linguæ motu, abſq; muſculorum eius enarratione meminit. Ego tibi impræſentiarũ quod in ea ſæpe ſum intuitus, referam breuiter vt reliqua. Linguę radici, à dicti oſſiculi. v. referẽtis medio, carnea quædam moles implantatur, quæ duorum muſculorũ vice numerabitur, cuius functio eſt, introrſum ac recta deorſum linguam trahere: item ex eiuſdem oſſiculi lateribus, vtrobiq; vnus etiam muſculus linguæ radici inſeritur, introrſum, magis tamen ad latus linguã agens. At verò ſinguli à capitis proceſſibus ſtylum referentibus enati muſculi, linguæ radici implantantur, ſurſum eam ducentes, prout hic aut ille cõtrahitur. Septimus verò & octauus vtrinq;, à lateribus maxillæ inferioris, iuxta molarium dentiũ radicem enati, linguæ longitudini, ſecundum humiliora inſerũtur, linguæ partem ante ſectionem inhiante ore conſpicuam, deorſum in latera ducẽtes. Nonus, ab interna maxillæ inferioris ſede, iuxta ſummũ mentũ prodiens. Craſſus cernitur, & quibuſdam donatus conſcriptionibus, linguæq; humiliori ſedi inſertus, eam extrorſum ducit, tametſi præter hos muſculos, linguæ corpus ante ſectionem apparens, talibus attextum ſit fibris, vt magna naturæ induſtria, in omnem motus differentiam, prõptè ferri poſsit, ac veluti quadam vi propria, muſculos libenter ſequatur, vt oportuit, ad tantam agilitatem atq; promptitudinem,

qua lingua indiguisse videtur. Hos enarratos musculos, vt & linguæ corpus, sic te aggredi oportet, diducta quantum licet vtraq; maxilla, & oris tunica, cuius modo, à succumbentibus organis exquisitissimè vndecunq; detracta, omniũ primi secabuntur obliqui, quorum exordium, a processibus stylum imitantibus pendet, quod iam ab oblongis illis ossiculis venit liberandum, hos musculos ad linguæ radicem studiose sequutus, eam carnem molem, cuius superius meminimus, ab inferiori maxilla liberabis, cuius inscriptiones, exordium, implantationem, & immixtũ adipem, accuratè spectabis, quod promptissimè absolues, si modo a dentium incisoriorũ radice, & sub mento vicissim sectionem tentaueris. Secundò te aggredi oportet eos, qui ab internæ maxillæ sedis lateribus enascuntur, & linguam ad latera mouent, post hos duorũ obliquorũ, ab ossis hyoidis lateribus originem ducentiũ principia, liberabis. Postremò illi ab osse hyoide auferentur, qui maximam linguæ radicis partem cõstituere videntur, in quorum administratione quandoq; ferreo, quãdoq; buxeo cultro te vti conuenit. Cæterum linguæ corpus sic tentabis, crassior membrana totì cõmunis ori deradetur. Deinde, & illa membrana quę musculis est communis relicta, sectio ad linguæ medium secundum longitudinem ducetur, quæ ad medium vsq; linguæ penetret, aut vniuersam diuidat, tum hamulis & cultellis fibrarum naturam corporis linguæ diligenter inquires, ac quomodo ligamẽto cõmittantur, eæq; in vicem varient, & cõmisceantur, perspicies, est verò id ligamentũ quod ad palatum reflexa lingua, apertoq; ore sub ipsa conspicitur, maximi vsus gratia efformatum, nimirũ

vt lin

vt linguæ basis sit firma,& linguę finis prōptè quoquo versum pertingat. Hic ex industria, neruos a septimo præcipuè & sexto neruorū cerebri pari,linguæ muscu-lis motus principium præbentes, in alium locum reji-cimus, qui alioqui summa diligentia veniunt contem-plandi,propter eam crebram paralysim quæ ex apople ctico paroxysmo linguæ,infeliciter vitians aut in totū eloquium corrūpens, accidit. GAS. Vtinam aliqui ni-mium loquaces, huiusmodi morbo perpetuò tenerena-tur, interim tamen doleo impensè vicem illius equitis nostratis domini Seraphini a Ribelles, qui vt arbitror cùm nequeat præter vnam vel alterā voculam profer re ea ægritudine laborat. AND. Ita est,de qua ægritu-dine vt & alijs pleriscę quorū mentiō sæpè nobis se hic offert, vellem agere fusissimè, idq; ex professo, quod non licet impræsentiarū,quum aliud sit nostrum institu tum,agetur de ijs aliàs per otiū, nunc vlterius progre-diendum:grandis em̄ adhuc restat via. GAS. Age igi-tur. AND. Dicendum est iam nobis aliquid de laryn-gis musculis. Est planè larynx admirabile organū,& perelegans diximus habere tres cartilagines ipsam ex-truentes,etsi alteram duabus constare præter Gal.& re-liquorum omniū sententiā nunc recenter animaduerti mus. Primam ergo laryngis cartilaginē, secundę cō-mittunt,quatuor musculi laryngis rimulam arctantes, ac totidem tertiam cartilaginē secundæ adnectūt, con traria ratione rimulam aperientes,Duoq; tertiam colli gant primæ rimulam claudentes,rursus duo, in tertiæ cartilaginis basi consistentes, rimulam stringunt, hiq; laryngis musculi,numero duodecim propriį dicuntur, etsi aliter a Gal.lib.de Vsu par. connumerentur proprij.

Communiũ verò, duo ab oſſe hyoide, primæ cartilaginis inſeruntur, eamq; antrorſum attollentes, rimulam laryngis reſerant, ac duo à pectoris oſſe pronati, recta in eandem quoq; cartilaginem pertinent, Mox duo à poſteriori ſede ſtomachi inuicem proximi principium ducentes, eiuſdem cartilaginis lateribus, toti carnei vt omnes ferè laryngis, inſeruntur, laryngẽ arctantes, vnà cum duob⁹ vltimò dictis. Adhuc alij duo ab oſſe hyoide enati & in laryngis operculi radicem inſerti, id ſurſum antrorſumq; vellunt. Sicq; habent tam proprij q̃ alijs partibus cõmunes muſculi laryngis dicti, quorum eruditam diſſectionẽ facturus es, ſi primũ in boue aut vitulo, mox in homine auſpicaberis, adhibeto tamen operi imprimis, ex altera quapiam laryngе, eaq; recẽti cartilagines emũdatas omni carne, vt veluti oſſiũ vicem gerant: nam oſſa etiam emundata muſculorũ ſectioni perpetuò adeſſe oportet. Deinde diſſectis hyoidi oſſi proprijs muſculis, mox occurrent tibi duo, ab oſſe hyoide ad primã cartilaginẽ procidentes muſculi, quorum principia, paruo cultello ab oſſe liberans, pauſatim muſculos à cartilagine radendo, ad ipſorum vſq; inſertionẽ ſequeris. Cæterum æqua ratione à pectoris oſſe ad primam cartilaginem ductos, Primum ab oſſe ſeparabis, ac poſtmodũ ipſos ab aſpera arteria leuiter diuellens ad primam vſq; cartilaginem, cui inſeruntur illos deduces, vbi quatuor hos diligenter intuitus fueris, ſectionem per palati tunicam, fauciumq; intima ducens, ac laryngem cum ſtomacho & faucibus eximes, quam liberaram, cùm aſperæ arteriæ & ſtomachi portione omnino ab animante auferes, abiectaq; lingua, ſtudioſe ad eius anatomen tentãdam cum ſodali te accinges.

cinges. Mox muſculos, ex ſtomachi poſteriori parte ad primæ cartilaginis latera productos inſpicito, ipſos longa ſectione, vbi capita ſeſe contingunt diuidens, & hamulo alterius capite apprehenſo, totũ à ſtomacho ad primæ vſq; cartilaginis latera, accuratè ſeparato. Horum muſculorum ſex, munus condiſces ſi ipſorũ capita huc illuc, verſus ſua principia attraxeris, quo perfecto, eos à prima cartilagine liberabis, vt duos quos operculi laryngis radici implantari diſcimus, cõmodè aggrediaris. Linguę tunicam, quæ cõmunis eſt palato, laryngi, & ſtomacho, atque laryngis operculo, ad eius operculi radicem, orbiculari linea incides, & hamo exceptam cutis modo excoriabis. Mox illorũ muſculorũ fines in promptu erunt, quos poſtea quàm ad hyoidis os leniter ipſos ab adipe illis proximè accumbente, ſeparando deduxeris, ab oſſe ipſos diſſecabis. Quorum functionem videbis manifeſtè, ſi laryngis operculum digito depreſſeris, ipſorumq; capitibus, verſus hyoidis os attractis, operculum euerti, atq; antrorſum tendi, elevariq; conſpicies. Nunc hos quoq; muſculos & ſtomachum, ipſumq; ſi libuerit operculum, à larynge in totũ adimes, vt tres laryngis cartilagines, cũ duodecim ipſi proprijs muſculis, ſolæ relinquantur. Cæterum rimulæ formam adamuſſim intuebere: cernes enim laryngem ſuperiori parti, & inferiori, amplam eſſe, in medio autẽ, rimam oblongã habere, ex ea quam diximus ſubſtantia conformatam, hanc rimam lingulam etiam intelligemus, diuerſam ab epiglotide, vt dictum eſt iam ſuperius. Leui ergo ac tranſuerſa ſectione, exteriorem muſculũ à ſcutiformi cartilagine liberabis, cauens ne interiorem ſimul conuulneres, quo demptо, interiorem

ſimiliter

ſimiliter à ſecunda cartilagine abradas, animaduertens fibrarũ ductum, neque hoc tantũ, cæterum num vnus, duoue ſint, expendens ſedulò, num ſis reperturus muſculos, qui à ſecunda cartilaginis ſpina, in primæ cartilaginis humiliores proceſſus inſeruntur. Quatuor ergo, ſecundam cartilaginem primæ iungẽtibus à laryngе reſectis, in altero laryngis latere proceſſum inferiorem primæ cartilaginis, à ſecunda liberabis, ac primam hac ratione, à ſecunda antrorſum reflectes, duos inſpecturus muſculos, tertiam primæ colligantes, vbi hoc perfeceris, integrum erit exiguo cultro, primam cartilaginem, a reliquis duabus adimere, vel ad duos muſculos illi tertiam nectentes, appenſam ſeruare, ac poſtmodum te ad quatuor muſculos, tertiam ſecundæ nectentes, conferre. Quos licebit a ſuis principijs, quę ex ſecunda cartilagine ſumuntur, liberare, atq; ad tertiam cui inſeruntur, deducere. Poſtremò qui in tertiæ cartilaginis ſunt baſi auferes quoq; eorũ principia primũ liberans, ac ad finem vſq; quo ſe mutuò contingunt deradens. Huiuſmodi enim adminiſtratione fiet dumtaxat, vt muſculorum functionem diſcas, dum ſcilicet ipſorum principia, ad locum vnde exordiuntur attrahuntur. Ablatis ergo muſculis, cartilagines inuicem ſe parabis, quib⁹ peractis, exquiſitæ linguleę ſeu rimæ ſubſtantiam perſpectiſsimam habebis, quemadmodum & eius naturam, vſum, atq; formã. In caput vero mouentium claſſem, illi quoq; reponuntur, qui primam cerui cis vertebram priuatim mouẽt, vtrinq; ſeptem. Quorũ primum par, ex quinq; ſuperiorũ thoracis vertebrarũ ſpinis pronatũ, ſenſim q; extrorſum obliquè aſcendens, occipitis oſſi implantatur. Secundum quod pluribus

duobus

duobus formari videtur muſculis, admodumq; varij cernitur, præcipua ipſius portione, ex tranſuerſis quatuor ſuperiorum thoracis, & quinq; humiliorũ ceruicis vertebrarũ proceſſibus enatum, introrſumq; nonnihil obliquè conſcendens, etiam occipitis oſſi implantatur. At tertium par, a ſpina ſecundæ ceruicis vertebræ enatum, extrorſum parumper obliquè repens, occipitis oſſi tantundem inſeritur. Quartum verò par ſimiliter occipitis oſſi inſertum, à prima vertebra exorditur, ibi, vbi aliæ vertebræ in ſpinam definunt. Quintũ tamen, ab occipitis oſſis medio rranſuerſim quodammodo, ad laterales primæ vertebræ proceſſus fertur. Mox ſextũ, a ſpina ſecundę vertebrę in eoſdem proceſſus pertinet, perinde ac quinq; nũc enarrata paria, in poſteriori ceruicis ſede conſiſtens, ac pariter vt tertium, quartum, & quintũ, fibris conſtans prorſus carneis, teretibus, & gracilibus. Septimum verò par, inſignius eſt, atq; a pectoris oſſis ſummo, clauiculisq;, qua ipſæ illi articulantur, vtrinq; vnus pronaſcitur muſculus, qui ſurſum obliquè ductus, in mamillarem capitis proceſſum inſertionem molitur. Hæc ſeptem paria ſic comparata ſunt, vt primis quatuor paribus tenſis, ſimul caput recta ducatur retrorſum: ſi verò trium primorũ parium muſculi, ex altero latere dumtaxat egerint, ad capitis circumuerſionem auxiliabũtur, atq; in eo motu, quintũ, ſextumq; par, primam ceruicis vertebram, vna cum capite in gyrum ducent. Septimi verò paris muſculis, ſuũ munus ſimul obeũtibus, caput recta antrorſum flectitur. Cum autem alternatim laborant, circumuerſionis autores efficiuntur. Cæterum ad motum capitis, quo id ſecundario cum ceruice flectitur, & extenditur ad ceruicis motum,

motum, non proprio motu, ac in latus ad humeros du
citur, ceruicis musculi famulãtur, qui octo paribus dor
sum mouentibus adnumerabuntur. Quorũ par primũ
à quintæ thoracis vertebræ corporis lateribus incipiẽs,
ad primam vsq; ceruicis vertebram pertingit, stoma
cho succumbens, superiorem dorsi partem flectens. Se
cundum verò, a prima thoracis costa vtrinq; pronatũ,
& internæ transuersorum ceruicis vertebrarum pro
cessuum sedi insertum, ceruicem in latus magis tamẽ
antrorsum ducit. Tertium par ex transuersis sex supe
riorum thoracis vertebrarũ processibus originẽ obti
nens, externæ sedi transuersorũ vertebrarum ceruicis
processuũ implãtatur, ceruicemq; retrorsum inclinan
tem, ad latus agit. Quartum verò, à septimæ thoracis
vertebræ spina, ad secundam vsq; ceruicis vertebram
pertinet omnibus intermedijs vertebris vti & primum
par insertũ, ac ex eisdem exordiũ sumens, superioremq;
dorsi partem extendens. Quintũ vtrinq; etiam habet
musculum, ab ilium osse, in transuersos lumborũ verte
brarum processus, & infimam thoracis costam inser
tum, inferioris q; dorsi partis flexus opificem. At sextũ,
ab infima q; ossis sacri sede, in dorso incipiens ad collum
vsq; fertur, in transuersos processus vertebrarũ lumbo
rum, magis tamen conspicuè vertebrarũ thoracis in
sertum, cuius beneficio, dum vterq; musculorum con
trahitur, dorsum extenditur: altero verò tantũ agente,
vt & in alijs paribus, hoc par in latera mouet. Septi
mum sub sexto occultum, à posteriori ossis sacri sede
exorditur, atq; ad vndecimæ vsq; thoracis vertebrę spi
nam conscendit, omnibus intermedijs spinis assertum,
ac eas inuicem colligendo dorsum hic extendens. Vti

& in

& in ſua ſede octauum par, quod ab vndecima thoracis vertebra, ad ſeptimam vſq; colli exporrectũ, ita ferè omnibus intermedijs ſpinis connectitur, vt ſeptimũ par illis quibus attexitur ſpinis. Horum quoq; muſculorum diſſectionem ſic te aggredi eſt operæpretium, à primo pari auſpicatus, primum diligenter expendes, membraneũ cuiuſdam muſculi principiũ, quod ex inferiorum ceruicis vertebrarũ ſpinis enatum, primo capitis muſculorum pari reliquiſq; hic dorſum mouentibus muſculis inſternitur, ac aliquot ſuperioribus thoracis coſtis inſertum, reſpirationis opifex efficitur, oportebit itaq; huius muſculi principiũ, a vertebrarum ſpinis, cultro liberare, muſculo ad inſertionem vſq; a ſubditis diuulſo, illum ibidem a coſtis appenſum tantiſper ſinere, dum thoracis muſculos ſis aggreſſurus, quorũ erit tertius, in præſentia buxeum cultrum, ſub extremo primi paris muſculi latere ſubijcies, & illum a ſubditis liberare conaberis: mox ſecundum longitudinem ducta ſectione, ipſum ad inſertionem vſq; in occiput duces, quod vbi in vtroq; latere præſtiteris, huius paris muſculos ab occipitio non amputatos, ita ad latus aliquò reflectes, vt reliquam ſectionẽ minimè impediãt. Deinde varios ſecundi paris muſculos conſiderabis, ea illos ſerie, qua enumerauí, a vertebris abſecans, atq; ad occipitium deducens, vt modo illorũ tractis principijs, quarum functionũ potiſſimum ſint authores, rectè perſpicias, quod tunc demum optimè viſitur, quum cerebrum ex caluaria eſt ademptũ ipſaq; inferior maxilla abſecta. Tertium par a ſpina ſecundæ ceruicis vertebræ poſtmodum liberabis, ſenſim illud ad occipitium vſq; a quarto pari ſubleuans, præcauenſq; ne & id vnà impru

imprudens auferas. Hoc enim nunc a prima vertebra ſeparandum venit, atq; vt cætera, ad ſuam quam molitur inſertionem ducendum. Quintũ par ab occipitio liberatum, ad tranſuerſos primæ vertebrę proceſſus, vt ſextum à ſpina ſecundæ vertebrę ad eoſdem proceſſus ducetur. Mox cadauere reflexo à pectoris oſſe & clauiculis, anteriorũ muſculorum principia acuto cultro ſunt reſecanda, mente adhibita, num plura muſculorũ principia, ſimul concurrant, aut vtrinq; plures muſculi obſeruari queant. Vbi verò & hos ad mamillarem proceſſum perduxeris, illorumq; inſertionem rimatus fueris, eoſdem à capite abſecato, cruicis proprijs muſculis, vt & reliquis dorſi in præſentia relictis. Cæterum de ſcapulam mouentibus dicamus eſt oportunũ, eam primum ad pectus mouet, muſculus à thoracis ſecunda, tertia, quarta, quintaq; coſtis, anteaquam in cartilagines degenerent enatus, & trianguli modo in internũ proceſſum ſcapulæ inſertus. Secundus ſcapulam mouens, ab occipitio exorſus, ac dein ſecundum colli longitudinem, ad octauæ vſq; thoracis vertebræ ſpinam, à vertebrarum ſpinarum apicibus exordium ſumens, in ſcapulæ ſpinam, ſummumq; humerum, ac clauiculæ portionem implantatur, tota ſui parte quæ in ceruice eſt, ſurſum ſcapulam trahens, ea verò ſui parte quę ſub ceruice eſt, & in poſteriori thoracis ſede habetur, quæ monachorũ quorundam cucullis reſpondere videtur, ſcapulam deorſum trahit. Tertius enatus à tranſuerſis ſuperiorum vertebrarum proceſſibus, elatiori ſcapulæ baſis angulo inſertus, illam quoq; pro ſua virili parte tollit. At quartus ex quintæ, ſextæ, ac ſeptimæ colli, & trium primarum thoracis vertebrarum ſpinis

præcipuè

præcipuè exorditur, atq; basi scapulæ insertus, eam ad dorsum nonnihil contrahere videtur sursum. Horum quoq; administrationẽ sic tentabis. Primi enim quo scapula pectori adducitur principiũ, nouacula à costis vnde prodit liberandum est, & deinde toto musculo à thorace ad internum vsque scapulæ processum separato, ipsiusq; attractis principijs, cuius motus sit opifex inquires, num brachiũ potius, vt Gal. docebat, quàm scapulam moueat. Secundum musculum, in brachiũ mouentium musculorũ administratione, te oportebit animaduertere. Tertius qui à ceruicis vertebris, ad scapulæ basis superiorem angulũ ducitur, suo principio prorsus liberandus nõ est, nisi aliquot ceruicis musculis antea præsectis, ac proinde oportet illũ transuersim, vbi primũ ex ceruicis musculis emergit abscindere, atque ipsius principio ad vertebras relicto, illumq; à scapula liberare, ipsius functione prius expensa. Quartum musculum leui longaq; sectione à spinarum apicibus secabis, atq; vbi ipsius insertionem obseruaueris, eundem à scapula amouebis, sedulò cauens, ne tertium hominis thoracem mouentiũ musculum, simul reseces, aut saltem imprudẽter suo principio liberes. Deinde si adhuc longus ille musculus, quem contra Galeni sententiam hyoidi ossi adscriptum, asseruatus sit diligẽter spectabis, num scapulæ, an illius ossis gratia, creatus sit. Nunc cultro quàm licebit proximè, ligamenta à summo humero & clauiculis qua inuicẽ cõmittuntur, resecabis, summum humerũ à clauiculis liberans, obseruaturus dictã illam cartilaginem intermediam: accuratè etiã expendens num tertiũ aliquot os præter clauiculam & summum humerũ cum ipsius appendice, dictaq; cartilagi-

ne exiſtat, cuius Hippocratem meminiſſe lib. de articulis Gal. docet. Præterea vaſis ex thorace in brachiũ pertentibus, funiculis binis interſeptis medio loco reſectis, ſcapulam a thorace euertes, vt iam circũuertentis brachium muſculi naturam inſpicias, qui cauam ſcapulæ ſedem occupat. Hoc itaq; ab oſſe vndiq; eraſo, atq; ad articuli ligamentũ deducto, eiusq; functione perpenſa, illum abijcies, vt nunc ſcapula nulli alteri firmata parti, à thoraci maximi muſculi interuentu, hærere videatur, qui thoracem mouentiũ ſecũdus, & a ſcapulæ baſi enatus, octo ſuperioribus thoracis coſtis manus ritu inſeritur, cuius naturam, cum reliquis reſpirationi ſeruientibus muſculis, ſuo loco exequemur. Ex mouentibus brachiũ, primus ex media clauiculæ ſede, pectoris oſſi vicinior, & eodem pectoris oſſe enatus, ac quodãmodo in angulum arctatus, brachiũ pectori admouet. Secundus ab altera clauiculæ parte, ac ſummo humero, & ſcapulæ ſpina, initium ſumens, ſuoq; vertice brachij oſſi tranſuerſim inſertus, brachium ſurſum variè attollit, hunc humeri articulum pulchrè tegens, triangulo æquilatero haud abſimilis. Tertius ab humiliori coſta ſcapulæ pronatus, brachium recta dorſo admouet. Quartus verò a ſextæ thoracis vertebræ ſpina, ad humiliorem vſq; ſacri oſſis ſedem, ex intermediarũ ſpinarum apicibus originem trahens, & veluti in trianguli verticem conformatus, in brachiũ inibi inſeritur, vbi enarrati tres, inſertionem longè ſub oſſis capite ſcapulæ coarticulato moliuntur, atq; hic muſculus eſt, qui variè brachiũ trahit deorſum, vt & ipſius principium, perquam amplum eſt, neq; ex puncto ductum, vt muſculi ſimplicem motum obituri. Quintus, internũ ca-

uum

tum ſcapulæ totum occupat. At ſextus contra, conuexum ſeu gibbam ſcapulæ ſedem vniuerſam, ſibi vendicat, ſub ipſius ſcapulæ ſpina conſiſtẽtem. Septimus verò, ſinum opplet inter ſpinam ſcapulæ & elatiorẽ eius coſtam conſpicuum, qui tres mox enarrati, amplis implantationibus, in ligamenta humeralem articulũ complectentia inſeruntur, brachij circumactus opifices, tametſi ſeptimus dum brachium extollitur, nõnihil auxiliari videatur. Iſtorũ muſculorũ adminiſtratio in hunc modum habet. Primũ, quocunq; modo corpore collocato, aut ſuſpenſo, aut in menſa repoſito, cutem vna cum adipe, abſq; vlla membranæ carnoſioris læſione, ab vniuerſo thorace, abdomineq;, auferes, quod difficulter perfeceris, quũ variè liberanda veniat cutis. Ablata ergo cute, lineam à media pectoris regione, ad pubis vſq; os, in membrana carnoſa duces, Mox aliam a pubis oſſe tranſuerſim ſecundùm coxendicis articulũ, ad ſacrum vſq; os, tertiam à ſummo humero vſq; ad mediam brachij regionẽ ſecundum longitudinẽ. Deinde membranam carnoſam ab vniuerſo thorace & abdomine, ad ſpinam progrediens, auferes, ipſam tamen glandulis, quæ in axillis habẽtur, adhuc connexam ſinens. Quibus peractis, muſculi brachium pectori adducentis caput, a clauicula, & tota oſſis pectoris regione, ipſiſq; inſertis cartilaginibus, cultro abrades, ac hamulis appræhenſum, ad humerum vſq;, a ſubiectis corporibus, ſummis digitis ſeparabis. Quem in præſentia humero appenſum relinquens, ad reliquos brachij accedes, quos cõmodè adminiſtrare nequis, niſi prius ablato muſculo, qui ab occipitij oſſe procedens, per totã ceruicem extenditur, ac toti ſcapulæ ſpinæ, ſummoq;

humero,& proximæ clauiculæ sedi inseritur, tum hinc per scapulæ gibba,& basim deorsum protensus,donec mucrone suo, octauæ thoracis vertebræ spinæ cõmittatur. Est namq; musculus iste ab occipitio ad octauã vsq; thoracis vertebram spinarũ apicibus quodammodo connexus,ab ipsis principiũ sumens,de quo musculo facta est mentio,inter eos scapulam mouentes. Qui administrabitur, sectione facta, secundum spinæ dorsi longitudinem, quæ musculum illum tantũ ad subiecta vsq; vulneret,deinde altera secundum occipitium, quę ibidem etiam musculi principiũ, ab occipitij osse liberet,potes etiam ligneo cultro,exterioribus musculi lateribus subdito, illi scilicet lateri, quod ab occipitio ad clauiculã fertur,& illi quod à summo humero seu clauicula ad octauæ thoracis vertebræ spinam descendit, cõmodam administrationem musculi celebrare:cultro enim indito lateribus,& sursum deorsumq; acto,à subditis musculis illum scapulæ musculum abscedere coges,atq; ipsius neruei principij crassitiẽ,facilè tunc coniecturabis, musculumq; à substratis corporibus iam liberatum,paruo negotio ad eius insertionem perduces. His ergo absolutis,musculum cuius beneficio brachiũ attollitur, à suo principio separabis, eius caput ab vniuersa scapulæ spina,summo humero, & clauiculæ media sede, cultro proximè semper ossi adiecto absecans, donec illũ,transuersam in humerum insertionem moliri conspexeris. Qui musculus semper vnicus visitur, crassus,carnosus articulũ exterius integens. Mox musculum,qui deorsum brachiũ mouet,à subditis illi partibus,ad insertionẽ vsq; duces, quod factu est facilimũ, si secundũ spinæ longitudinem,à qua principium assumit,

mit,lineam duxeris, quæ membraneũ ipſius principiũ tantum ſecet,quod quum feceris, muſculi principium digitis apprẽhendes, vniuerſum muſculum cultro buxeo vel ferreo retuſiori, à ſubditis muſculis ſeparans. In hac adminiſtratione,qui muſculus iſte,baſis ſcapulæ humiliorem angulum tranſcẽdat,ſcapulæq; adhæreat, contueberis. Deinde ſi ipſius muſculi principiũ varie ad originis locũ protenderis, manifeſtè quomodo hic muſculus brachium detrahat,& nihil minus quàm ſcapulam moueat cõdiſces. Attamen quum lineam illam moliris, qua eius muſculi principium a ſpinarũ apicibus liberas,cauendum eſt,ne vna quoq; diſſeces initiũ abdominis muſculi obliquè aſcendentis, atq; illius, qui tranſuerſim à ſpinis quoq; vertebrarum enatus,in decimam & vndecimã thoracis coſtas inſeri dicetur, quòd ſi parum tuis fidis manibus in huius muſculi diſſectione,operabere vt in alijs dictis, buxeo obtuſioreue cultro. Quãdo verò hunc muſculum ad humerũ perduxeris,ipſius tendinem ab humero liberabis,ac demum muſculo retrorſum brachiũ trahẽti te accingẽs, ipſius initium ſimiliter ab humiliori ſcapulæ coſta abſcindes, accurateq; expendes, num verius ipſi circunuertendi munus adſcribatur, quam muſculo gibbam ſcapulæ ſedem occupanti: poteris tamen hunc tandiu humero appenſum relinquere, donec illum qui ſcapulæ gibbũ opplet, à ſcapula ad articuli vſq; ligamentũ abraſeris, vt cõmodius ſingula expendere poſſis.Muſculum qui ſcapulæ cauitati incũbit, qui inter ſpinam & ſuperiorẽ ipſius coſtam viſitur, à ſcapula abrades duabus lineis, vna per ſpinæ ſcapulę ſuperius latus,altera ſecundũ elatiorem eiuſdem coſtam, ductis, & deinde qui humeri

articuli ligamento musculus committatur perpendito. Qui vero internã scapulę sedem musculus ex circumuertentibus brachiũ, sibi vendicat, nisi prius scapulam sectionis serie, à clauiculis solueris, haud benè se spectandum offert, eius administratio erit facillima, quam docunq; scapulam à clauicula separaueris, aut vnà cũ clauicula à thorace in totum exemeris. Thoracem mouent quamplurimi. Primus à clauicula pronatus, primæ thoracis costæ fermè sub clauicula latitanti inseritur, illam sursum ducens, quo motu thoracis dilationẽ iuuat. Secũdus à basi scapulæ exorsus, velut digitis quibusdam, octo costis superioribus multò ante quam in cartilagines degenerent, implantatur, easq; extrorsum agens, thoracem distẽdit. Tertius verò ex apicibus spinarum trium inferiorũ colli & primæ thoracis vertebrarũ, latum membraneumq; principiũ ducens, ternis quasi digitis, tribus quatuor superiorũ costarum interuallis seu capedinibus, sub scapulæ basi inseritur, easq; costas sursum obliquè ducens, thoracis cauitatẽ dilatat & ampliat. At quartus ab iliũ osse pronatus, sursumq; ad collum ductus, duodecim costis vbi primũ a vertebris discedunt inseritur, thoracem arctans ac constringens impensè. Quintus verò ex spinarũ apicibus duarum infimarũ thoracis & aliquot lumborũ vertebrarũ, membraneus exorditur, transuersimq; ductus, nonæ, decimæ, vndecimæq; costis, vbi in interiora quodãmodo reflectuntur insertus, thoracem distendit. Sextus in thoracis amplitudine repositus, verarum costarũ cartilaginibus, pectorisq; ossis, quà illis respondet, lateri exporrigitur, thoracis constrictioni præfectus. Rursus in illis costarum interuallis, totidem reponuntur musculi

externi,

externi,totidemq; interni quot sunt intercapedines,ser uantes tamen ordinem contrariū: nam externi,à supe riori costa antrorsum obliquè suas fibras in humiliorē ipsi proximè succūbentem mittūt,contra internam par tem thoracis respiciētes musculi,ab inferiori costa sur sum obliquè in anteriora ad costam superiorem,fibras suas exporrigunt. Attamē in interuallis cartilaginū sex, quæ legitimis costis attribuuntur,exteriorū musculorū fibræ,ab humiliori & succūbenti cartilagine,in superio rem obliquè antrorsum reponuntur, interiores verò musculi fibræ,a superiori cartilagine,ad inferiorem an trorsum pertinent, quamobrem in illis sex legitimarū costarū interuallis,quaterni numerantur musculi,in su periorum costarū interuallis tantū bini, vniuersiq; hac ratione vnius lateris inter costales musculi erūt trigin ta quatuor,omnes constringendo, arctandoq; thoraci præfecti, totidemq; in altero latere respōdent musculi, perinde enim est de vno atq; altero latere. His octua ginta enumeratis in vniuersum omnibus, vnus acce dit celebratissimus,vtriq; lateri cōmunis, potissimè re spirationem iuuās, diaphragma dictus. Latinè septum transuersum, infimæ pectoris ossis ac superiorū costa rum cartilaginibus,ac lumborū vertebris superioribus insertum, in medio contra quam alij neruеū,in circui tu tamen ad ipsam insertionē carneum,forte vt cōmo dius ad inspirationē thorax dilatetur, & vt sanguifica tioni,generationiq; subseruiētia organa,à cordis & par tium ipsis subministrantiū sede dirimerentur. Primum quod te facere oportet in istorū thoracis musculorum administratione,istud est. Acuto cultro membraneū va lidumq; ligamentum quo clauicula pectoris ossi necti

tur. Primum diſcindes, mollem nerueamq; cartilaginem expendens intermediam, adhæc validum quoddam ligamentū inquires, quod ab humiliori clauiculæ ſede enatum, illic pectoris oſſi inſeritur, vbi primæ coſtæ cartilago pectoris oſſi adnaſcitur. Mox clauiculam à prima thoracis coſta ſurſum, deorſumq; reflectes, ac primi muſculi originem, ſimul cum fibrarū ductu conſiderabis, & muſculo dein à clauicula liberato, illum pectori adhuc hærere ſines. Secundus, quia ſcapula modo à thorace depēdet, totus ſeſe offert, vnde citra aliam operam à ſcapulæ baſi diſſecandus eſt, & vſq; ad inſertiones, quas in coſtas molitur deducendus. Mox tertiū muſculum ſuo membraneo principio, à vertebrarū vnde prodit ſpinis, longa ſectione liberato, muſculum ad ſuas quibus inſeritur coſtas, à ſubiectis illi ſedibus detrahes, niſi fortaſſe huius principium, quando capitis aggrediebaris muſculos, à ſpina diremeris, & à primo illorū muſculorū pari auulſeris. Quintū ſimiliter, à ſuis quoq; vnde naſcitur ſpinis auferes, ac ipſum à dorſum mouentibus muſculis liberatū, thorace appēdere ſines poſtmodum verò ipſorum motū quo thoracem dilatare creduntur, obſeruabis. Hæc intuitus, quarti muſculi caput, ab vndecimo dorſum mouente diuides, ac illū à coſtis omnibus diſſecans, qui ipſis inſeratur inueſtigabis, quibus abſolutis, & muſculo à thorace abſecto, inter coſtales muſculi exteriores, vniuerſi manifeſtè conſpiciuntur, tamen quò interiores intuearis, leui admodum ſectione, in vno coſtarū interuallo, ſecundum inferiorem coſtæ ſedem, conaberis exteriorem muſculū diuidere, atq; ab inferiori ſeparare, qui illico contrarijs fibris occurret. Deinde nulla ſectione adhubita, ſi tamē

exem

exemptus fuerit ventriculus, iecur, lien, inteſtina, & re-
nes, inferior ſepti tranſuerſi pars conſpicua euadit, vbi
duos circulos, membraneũ vnum, carnoſum alterum,
tendines, foramina, ligamenta etiam quæ vertebris ad-
naſcuntur, mox intuebere. Cæterum peritonæũ ab infe-
riori ſepti ſuperficie manibus dirimes, quod in homine
erit difficilius q̃ porcis. Iam cultro aliquo mediocri, om-
nes coſtarũ cartilagines ab ipſis coſtis vtrinq; liberabis.
Deinde mucronata cartilagine ſiniſtra manu eleuata,
ab inferiori oſſis pectoris regione, & huius loci cartila-
ginibus, ſeptũ tranſuerſum abrades, erectisq; cũ pecto-
ris oſſe cartilaginibus, membranas interiori oſſis ſedi
connatas, ac thoracis amplitudinẽ interſepientes, & ve-
nas ſimul & arterias è iugulo pectori exporrectas ab-
ſecabis, donec pectoris os ab omnibus liberatũ, cũ car-
tilaginibus à thorace auferas. Mox à ſepto membranę
thoracis amplitudinẽ interſepientes, & cordis etiã in-
uolucrum, quod magna ſui parte ſepto in hominibus
adnaſcitur, reſcindentur, inſuper à ſepto neruos ipſi in-
ſertos, venam cauam, & ſtomachum abſecabis, ſenſim
à lumbis cum ſuis ligamentis abradens ſeptum ipſum,
menſæq; exporrectum, rurſus ſi libuerit examinabis.
Rurſus parte interiori pectoris oſſis ſecundũ eius lon-
gitudinem, ſingulos vtrinq; muſculos tenues, carnoſos
& amplos exporrigi conſpicies, vbi & hos abſecueris,
interiores intercoſtaliũ ſecundò cõtemplaberis, ac cor-
de, pulmone, venis, arterijs, ſtomacho: & ſi quæ alia in
thoracis cauitate habentur ablatis, thoracis muſculorũ
ſectioni manum ſummam impones. His enarratis &
vtcunq; diſſectis muſculis, octo abdominis muſculi,
quos antiqui in anatome imperitiſſimi, tantum aggre-

diebantur, accedunt, vtrinq; quatuor, quorum primus seu extimus qui primo loco occurrit, obliquè deorsum in posteriora fibras exporrigit cum suo cõpari, recti abdomini, inuolucrũ efformans, at secundus contra obliquè sursum in anteriora fibras mittit, ac perinde vt primus cum suo pari inuolucrũ abdomini constituit. Tertius vero, recta fibras sursum ducens, à pubis osse, ad pectus vsq; conscendit, per interualla quodãmodo diremptus, & in tendines veluti mẽbraneos degenerãs, vt vix vnus possit dici musculus, habet etiam suũ coæqualem. Quartus transuersim fibras digerit, ac cũ suo pari, vt & obliqui, inuolucrũ abdomini extruit, ad thoracis constrictionẽ nõ minus quàm cæteri abdominis musculi suppetias ferens. Qualitercunq; horũ octo sectionem exordiri proposueris, cutem vnà cum carnosa membrana ab vniuerso abdomine & lumborum regionibus, ad femora vsq; liberatam esse oportet, vnà cum musculo quem brachiũ deorsum trahere ostendimus, his adempris, præter iam auulsam carneam membranam, alteram fibrosam perquam tenuem musculorum fibris cõiunctissimam digitis summis leuiter diuelles. Mox nititor à dextra costa musculi abdominis obliquè descendentis principiũ, paruo cultro liberare, leui sectione ducta, secundum reliquas costas deorsum versus, ac secundum superiorem ilium ossis regionem ad pubis ossis medium, nec cesses, dum ad abdominis vsq; mediũ illum perduxeris, si tamen poteris rectum musculum inuiolatũ relinquere, cui validè huius tendo connascitur: quare malim reflexo pendenteq; à media recti musculi amplitudine primo abdominis musculo ascendentẽ qui secundus est, similiter aggrediaris, ducta

cta nimirum à pubis osse per superiorem illiũ ossis regionem & lumborũ vertebras & fines quatuor inferiorum costarum sectione, sicq; eum ab altero transuerso, cui insidet liberabis, præcauens tamen admodũ diligenter in viris, ne vasorũ seminaliũ tunicæ in inguine, vnà etiam præscindantur, vtroq; ergo hac ratione obliquo musculo dissecto & propendente, sola manu rectum musculum à transuersi neruea tenuitate separabis, secundum abdominis longitudinem ac tandem à thoracе nouacula liberabis, sic tamen vt hæreat adhuc pubis ossi vbi illius principiũ contemplabere. Iam transuersum pari modo quo obliquos es aggressus, oportunè administrabis, ducta similiter leui sectiõe, à pubis osse, per ilium os & transuersos lumborũ vertebrarũ processus, ac ad fines spuriarũ costarum, intacto tamen peritonæo attentissimè paulatim a peritonæo liberabitur, quod factu est sanè quàm operosum, in porcis facilius multo id fit, quibus peractis tendines eorũ, fibrarũ ductum situm formã diligentius examinabis. Deinde te conferas oportet ad musculos cubitũ mouentes, quos duos esse intellige, quorũ anterior, vnum caput à scapulæ ceruicis elatiori sede, alterum ab interno scapulæ processu mutuatur, atq; illis duobus exordijs seu capitibus efformatus, in radium inseritur. Posterior verò musculus à brachij osse pronatus, in anteriorem cubiti articuli sedem, magisq; in vlnam inseritur. Cubiti verò extensioni præficiuntur tres, vnus ab humiliori scapulæ costa exorditur, Secundus à brachij ossis ceruicis posteriori sede, qui ambo in descensu inuicem connascuntur, quibus tertius adiungitur, à media fermè longitudine ossis brachij enatus, ac vnà cum illis in posteriorem

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA

riorem vlnæ processum insertus: his accedit, quòd interna sede cubiti gracilis reponitur musculus, qui ab interno brachij ossis tubere pronatus, in latum degenerat tendinem, internæ summæ manus cuti magna ex parte subnatũ: cuius beneficio ea cuticula magis resistens, minusq; versatilis, & ad tangendum aptior reddi creditur. Cæterũ anteaq; vlterius progrediamur, si meministi, persequenda est nobis musculorũ dorsum mouentiũ administratio, quam sic tentabis. Anteriori sede dorsi, illi citra sectionem conspicui sunt, quos primũ & secundum diximus, quorũ insertionẽ & ortum, si lubet exactius condiscere, illos à suis vertebris paruo cultro separabis. Deinde tertio à prima thoracis costa liberato, examinabis, quì transuersis ceruicis vertebrarũ inseratur processibus: In lumbis, quoniam peritonæum, & septum quoq; transuersum auulsa iam sunt, si hominẽ diuidis, licebit musculum quem nos primũ in lumbis recensuimus, ac femoris motibus famulatur, suo principio à vertebrarũ corporibus liberare, & ad coxendicis vsq; os, à subdito illi musculo, qui lumborũ secũdus est, ac dorsum mouentiũ nonus, solis manibus diuellere, vt omni exparte nonus musculus incõspectum veniat, quem ab ilium & sacro osse erasum, à transuersis lumborũ vertebrarum processibus, & earundẽ corporibus, & duodecima thoracis costa, accutiore cultro dissindes, eius naturam non oscitãter intuitus. Resupinato iam cadauere, quintum musculũ à thoracis vertebris, paruo cultro derades, donec illum in omnibus insertionibus conspexeris. Huic septimus succedet, similiter à vertebris separãdus, caueas tamen oportet, ne de cimiquinti musculi portionẽ, septimi loco abscindas,

inuicem,

inuicem, enim pertinaciter hęrent, & decimus quintus, ſeptimi muſculi principium, aliquouſq; ſubit. Mox ſecũ dum ſpinarum in lumbis & oſſe ſacro ductum, tentanda eſt ſectio, quę vndecimi muſculi principium, à ſpinis liberet quo muſculo adempto, citra aliam ſectionem, decimus tertius & decimus quintus ſunt in conſpicuo, quos neceſſum eſt à vertebris ſedulo deradere. Cęterum vbi hos abſtuleris, tranſuerſam duces ſectionem, quę ſacrum os, & infimam lumborum vertebrã, ab anteriori ſede ad dorſalẽ vſq; medullã penetret, vertebrarũ ligamenta indagaturus. Radiũ mouentiũ muſculorũ enarratio ſequebatur, intermiſſum ordinẽ, quos iam in præſentia, rurſus ſequuto ordine, perſequemur. Radius illud os, cũ vlna cubitũ efformãs, in pronũ ducitur, motu proprio, immotaq; vlna, duorũ muſculorũ ope, quorum alter, ab interna cubiti articuli ſede enatus, in radium obliquè implantatur, alter verò iuxta brachiale, ab vlna in radium tranſuerſa quadam ratione ducitur. Tamen alijs duobus muſculis in ſupinũ radius cogitur, non equidẽ his enarratis reſpondentibus, vt author eſt Gal. quin potius admodum diuerſis, altero quidem longo, atq; à brachij oſſe, ad inferiorem radij partẽ, cui brachiale articulatur pertinente: altero vero, ab externa cubiti articuli regione, ad mediam radij lõgitudinem, obliquè exporrecto, ibidemq; inſerto. Brachiale tamen, quatuor præcipuis ducitur muſculis, quorũ primi duo, ab interno tubere brachij oſſis exordiuntur: quorũ alter, poſtbrachialis oſſi, indicem digitum ſuſtinenti, alter vero brachialis oſſi minimo implantatur. Ar tertius, à brachij oſſe enatus, biffido tẽdine in poſtbrachialis oſſa duo, indicem & medium digitos

ſuſtinẽ-

ſuſtinentia,inſeritur. Quartus ab externo brachij oſſis tubere pronatus, vlnęq; exporrectus,in poſtbrachialis os paruum ſuſtinens digitum,inſertionem molitur. Ex tam multis digitos mouentibus muſculis, primus is eſt, qui ab interna anterioriq; cubiti articuli ſede exorſus, paulò ante brachialis radicem, in quatuor diſſcinditur tendines, qui rectà petentes,quatuor rectos digitos excepti ſuis anulis,ſecundis eorũ quatuor digitorum internodijs inſeruntur, illaq; flectunt.Secundus ab eadẽ ſede decliuè tamen nonnihil magis pronatus,primo ſubſternitur,in quatuor etiam diffuſus eneruationes, quę primi muſculi tendinibus ſubiectę ante ſecũdi digitorũ internodij radicem,eos tendines primos longa ſectione perſitos, ſubintrant, ac tandem vlterius progredientes, in tertia quatuor digitorum oſſa inſertionem molientes, ea flectũt. At tertius,à radio iuxta cubiti articulũ pronatus,tertio pollicis articulo inſeritur,ipſumq; flectit hunc tertium muſculũ,alij tredecim numero ſubſequuntur, omnes repoſiti in extrema manu,quorũ bini habentur, primo ſingulorum quinque digitorũ oſſi inſerti,eius flexionem molientes,quorum ſex,in interuallis metacarpi tribus reponuntur.Quatuor verò,externis lateribus. At tres reliqui,ſecundo pollicis internodio potiſſimum inſerti,id quoq; flectunt.Decimus ſeptimus,ab externo brachij oſſis tubere enatus,indici, medio,anullariq; digitis præcipuè implantatus,eos digitos rurſus extendit. Decimus octauus,ab eadem ſede pronatus,parui digiti extenſionis primarius eſt author, ac variè cum decimi ſeptimi tendine tribus anullaris digiti oſſibus inſerto cõmixtus, abductioni verſus exteriora nonnihil famulat. Decimꝰ nonus,cum illo, qui enarrabitur vigeſimus

simus primus, cõmune principium ab vlna, non procul à brachialis sede nanciscitur, & induos sectus tendines vnum exterior indicis digiti, alterum medij digiti lateri digerit, quos digitos in externum latus quodammodo abducit. Rursus vigesimus à brachiali eductus, externo postbrachialis ossis paruum digitũ sustinentis lateri exporrectus, primoq; eius digiti ossi insertus, illum extrorsum in latus semouet. Vigessimus primus externo lateri exterioris pollicis regionis, ad tertiũ vsq; articulum implantatur, pollicis versus indicem digitũ extensionis author. Vigesimus secundus, superius nonnihil quàm nuper dictus prodit, moxq; bipartito scissus, vna portione sui in tendinem abit, brachialis ossi pollicẽ sustinenti insertum, & ductum adiuuantẽ, quo manus, radij motum in pronũ sequitur, reliqua vero pars, in duas rursus dirimitur, tantundem in suos degenerantes tendines, & hęc quidem suũ tendinem, primi pollicis ossis exterioris sedis interno lateri inserit, illius vero partis tendo, illi ossi tantũ obnascitur, in secundum & tertium pollicis os insertus, quorum tendinum beneficio, pollex introrsum versus extenditur. Vigesimus tertius musculus ad internum primi pollicis ossis latus sedem nactus, pollicem ab indice insigniter abducit. Vigesimus quartus, ab osse postbrachialis indicem sustulciẽte pronatus, primoq; pollicis ossi præcipuè insertus, pollicẽ indici proximè adducit. Sequuntur graciles quatuor musculi, quatuor tendinibus, secundi digitos mouentiũ musculi in vola attensi, & in internum latus, primi quatuor digitorũ ossis inserti, eorum digitorum ad pollicẽ in latus adductioni dicati. Itaq; in interna cubiti sede reponũtur, musculus latũ manus efficiens tendinem, primus

mus & ſecundus brachialis motuũ authores, primus ſecundus, & tertius digitos mouentiũ, duoq; radiũ in pronum ducẽtes, in externa verò ſede conſiſtunt, decimus ſeptimus, decimus octauus, decimus nonus, vigeſimus primus, vigeſimus ſecundus digitos mouentium, & tertius quartusq; brachialis motibus prẽfectorum, duoq; radium in ſupinũ agentes, qui omnes numero ſunt nouem, conſurgent tamen decem, ſi à vigeſimo ſecundo digitos mouentiũ, illam portionem diſtinxeris, quę brachialis oſſi pollicem ſuſtinenti, tendinẽ offert, in extrema verò manu, decem obſeruantur, primos articulos digitorum flectentes, tresq; ſecundi pollicis internodij flexus autores, & dein digitos agentiũ vigeſimus, vigeſimus tertius, vigeſimus quartus, quatuorq; muſculi, quorũ beneficio quatuor digiti, pollici adducuntur. Horum adminiſtrationem aggreſſurus, brachium tibi cum ſcapula depromendum, quotq; in ſingulis partib⁹ reponantur muſculi, in memoriam reuoca. Deinde di ligẽter cutem cum adipe, & mẽbrana quam diximus ſępe carnoſam adimito, vbi nullo alio indiges artificio, quàm quo lanij boues excoriant, quibus abſolutis, iam in conſpectum tibi veniunt muſculi cubitũ occupantes, ita tamen commiſſi, vt ſolum lineas que ipſos dirimant intuearis. Cęterum vt lateſcentem videas tendinem, animũ accommoda, cubiti internę ſedi, in cuius longitudine ipſius muſculus & tendo, quũ adhuc gracilis eſt, exporrigitur, cultro ergo à brachialis radice ſectionem leuem, ad tendinis & muſculi latus vtrinq; verſus internum humeri tuberculum molieris, & poſt modũ iuxta brachiale tendinẽ à ſublatis organis liberabis, tendineq; eleuato, vniuerſum muſculum ad ipſius

vſque

vſq; caput ſeparabis, atq; in vola manus liberato non mediocri labore tendine lato, muſculi caput ab humero liberatū, à brachiali pendere ſines, iam omnes ſummæ manus muſculos adimere potes, cæterum conſulte es facturus, ſi hos ſerues, atq; ad internā cubiti ſedem te conferens, duos ſecueris brachiale flectētes, quos recuſſimè, primum ab ipſorum tendinibus, iuxta brachialis radicem aggredieris. Si namq; hos à ſubditis muſculis aliquantiſper auulſos eleuaueris, ac deinde tranſuerſis ſectionibus, illos ad internum vſq; humeri tuberculum à ſubditis liberaueris, vniuerſam ipſorum fere naturā mediocri negotio ſpectabis. Inferioris namq; capite abſecto & muſculo ab vlna liberato vt is dūtaxat ab inſertione dependat, ipſum vt viſum fuerit, aut adimes aut appenſum ſines. Superioris vero tendo, à brachiali non eſt abſecandus, aut muſculus ſuo liberatus capite in latus eſt reponēdus, aut tēdo nonnihil ante brachiale venit reſecādus, vt in ſectionis ſerie, eius tendinis inſertio non pereat, mox primus digitos mouentium ſeſe offert totus, quem vel ſolis digitis à ſubdito dirimes vt etiā oēs quorū latera non cōmittit neruoſa quędā membrana quæ communis ligamenti munere fungitur, vbi itaq; ipſius capite adhuc ad exortum cōmiſſo, quatuor ipſius ante brachiale carnoſas portiones inſpexeris, validus cultellus in tranſuerſum ligamentum eſt recta inijciendus, vt huius acie antrorſum ducta, id ligamentum diuidatur, Dein eadem ratione ſecundum indicis longitudinem, tranſuerſum interne ipſius ſedis ligamentum diuides, eandem ſectionem molieris in tribus reliquis digitis, quo facto, primi muſculi digitos mouētiū caput, liberato, & à te ſurſum tracto, id ex brachialis

chialis ſinu tantisper reponito, quouſq; quatuor ipſius tẽdines,ad quatuor digitos porrigi cõſpexeris :& illius tendinis inſertionem obſeruaueris , qui indici exporrigitur.Quo facto, & muſculo in ſuam ſedem repoſito, eius caput trahes,vt ipſius munus innoteſcat,& qua ratione,primo indicis articulo inflexu ſecundi, tendo ille adnitti nolit ,vti ſanè reliqui,tranſuerſis adhuc ligamẽtis inuoluti. Deinde eum,qui tertium quatuor digitorum internodium flectit,ſuo capite liberabis,quod nõnihil occulitur ſub muſculo , ſuperiorem radij partẽ in pronum ducente. Prius tamen quàm id ab vlna abradas,integrũ erit ex brachialis ſinu,quatuor ipſius tendines attollere:& animum adhibere , quî citra omnem operam,muſculus hos tẽdines producens,ab illo diuellatur, qui ipſius ſuperiori lateri accubens, tertij pollicis oſſis flexionis author habetur,adeò vt vtrunq; , muſculi vnius loco,in homine habere nequeas.Liberato ergo ſecundi muſculi capite,& ipſius exortu , quem ab vlnę ligamento aſſumit,medio inter radium & vlnam,vniuerſum muſculum ex brachialis ſinu repones,eius mucoſam expendens membranã,& tendinum ipſius ſeriẽ. Modo tertium muſculum,pollici ſubſeruientem, à radio liberabis,et ad tertium pollicis internodium duces, quem cùm abſtuleris,muſculi brachiale flectẽtium ſuperioris inſertionem,ſpeculabere,quam in radicẽ poſtbrachialis oſſis indicem ſuffulcientis molitur. Relictis in interna cubiti ſede duobus conſpicuis muſculis radium in pronum mouentibus,ad externam cubiti ſedẽ accedito, vbi primus à te aggredietur,qui poſtbrachiali ante paruulũ digitum inſert9,id extendit,cui9 caput, vbi ab externo humeri tuberculo diſſecueris,illũ poſt-

modũ

modū à poſtbrachiali liberabis,aut appenſum aſſerua-
bis,quo brachiale extendentium & flectentium muſ-
culorū munus, conſpicere valeas. Poſt hunc,is ex ſinu
attolletur,qui minimos digitos à cęteris deberet abdu-
cere,cuius tendines,aut tendo ad digitos ducēdus non
eſt,niſi ab externo humeri tuberculo,is cum ſubſequē-
ti iam in enarratione muſculo,liberatus fuerit:illum er
go diligenter exſuo ſinu attolles,atq; ab illis,qui ſupe-
riori ipſius lateri exporriguntur diuulſum, ab humero
quoque reſecabis,animaduertens num in tres aut qua
tuor ducatur tendines , quibuſq; digitis illi inſerantur.
Idē in illo,qui paruū digitū præcipuè extendit molieris.
Nunc occurrunt tria illa,quę vlna producit principia,
quorum inferius,brachiali propinquius obſeruandum
venit,à quo muſculus pronaſcitur,qui indicem & me-
dium à pollice abducit:quē ex ſuo peculiari ſinu eleua
tum,& ſenſim à brachiali,& poſtbrachiali,quibus fibro
ſo nexu hęret,liberatum ad digitos vſq; deduces,ada-
muſſim nunc trium illorum muſculorum tendines &
inſertionem expendens,quam melius intueberis,quàm
verbis deſcribi poſſet:demum illis à digitorum interno
dijs ad vnguium vſq; radicem reſectis,qui pollicē euer
tunt aggredieris. Ab vlna itaq;, reliqua tertij principij
parte reſecta,muſculus pollicem verſus indicem auer-
tens,adipſius inſertionem ducetur. Similiter ſecundi
principij muſculi,qui bicornem traſcendunt tendinem,
ad pollicem & brachiale vſq; auellentur,atq; vnà cum
reliquis à digitis reijcientur,ſicq; bicornis brachiale ex-
tendens modo prorſus eſt conſpicuus, qui à ſuo exor-
tu liberatus,ad poſtbrachiale ducetur,ipſiusq; expenſa
functione etiam cum cęteris abijci poterit , in externa

cubiti ſede duo radium in ſupinum agentes nunc ſunt conſpicui, longiſſimi, tantū capite excepto quod inter poſteriorē cubitum flectentium muſculum, & extēdentium exteriorē latitat, octo adhuc ſunt reliqui, quorū ope prima quatuor digitorū internodia flectimus in interualis poſtbrachialis & lateribꝰ repoſiti: reiectaq; iam ſumma manu, priorē cubitum flectentium muſculum ſuis principijs liberato, quorū exterius ex ſuo ſinu elenādum eſt, & ligamēto articuli humeri ipſum continente recta ſectione diſſecto, id à ſcapulę collo adimetur, interius valido quoque cultello ab interiore ſcapulę proceſſu diuidetur, & vtroq; principio deorſum reflexo, huius muſculi carnoſa inſertio, in os humeri animaduertetur, qua diſſecta ad radium vſq; ſola manu à ſubdito muſculo iſte prior auelletur, vbi verò huius inſertionem intuitus fueris, poſterior ab humero deraſus, ad ipſius quoque inſertionem ducetur. Mox poſteriores aggredieris, primū illum, qui ab humeri ceruice pronaſcitur liberans, ac dein illū cui ſcapula initiū prebet, vt poſtmodum hoc deorſum tracto, ſecundum animaduertas ipſi innatum, ac ſub illo ab humero prodeuntem, ſicq; omniū adminiſtrationē expedies. Singuli virorū teſtes cum vaſis ſpermaticis, tunica inuoluuntur à peritonęo pronata, aliquotq; rectis carneis fibris adaucta infimęq; ſemen deferentis vaſis ſedi inſerta, his itaq; fibris, vnicus conſtituitur muſculus teſti, cuius beneficio, obſcurè admodum teſtis ſurſum trahitur, more mēbranarū vterū firmantiū, quę vtrinq; carneis donantur fibris, qua ratione vterus ipſe, vtrobiq; vnū nanciſcitur muſculum, cuius auxilio ſurſum verſus ilia contrahitur. Vn? item orbiculatim muſculus obnaſcitur veſicę cer-

uici,

uici, prohibẽs locij excretionem intempſtiuam. Alius quoque muſculus, recti inteſtini finem circulatim amplectitur, inciuili egeſtioni præfectus. Duoq; alij muſculi ab egeſtione, rectũ inteſtinũ alacriter ſurſum trahunt. At radici penis, vtrinq; à pubis oſſe, gracilis inſeritur muſculꝰ, admodũ ſegniter adipſiꝰ tẽtiginẽ iuuans. Rurſus ab anteriori ſede muſculi rectũ inteſtinũ in orbẽ amplectẽtis, duo enaſcuntur muſculi inuicẽ proximi, vrinq; meatui, qua is ſub pubis oſſibꝰ ſurſum reflectitur implantati, meatumq; dilatãtes in feminis eiaculationẽ, quominus ille ad flexũ recludat. Horũ muſculorũ cõmodè fiet ſectio, ſi primũ veſicã à peritonæo liberaueris: deinde pudendũ à pubis oſſibꝰ dirimas ſic vt libere ab oſſibꝰ pendeat. Mox pubis oſſa cultro durimes, ſectione per cartilaginẽ ducta. Nũc veſica vniuerſa cũ pene in cõſpectu adeo iacet, vt etiã muſculũ veſicę collo obductũ, prõpte animaduertas. Iam cultro ſenſim veſica ſimul cum ipſius ceruice à recto inteſtino tranſuerſis ſectionibus ſeparanda eſt. Quo peracto, & cõnexu recti inteſtini muſculorũ ad penis radicem, & ad muſculũ veſicę perpenſo, eius inteſtini muſculos aggredieris, qui citra laborem ſunt maxime conſpicui, ſimodo, ſanguinem redũdantẽ ſæpè abſterſeris ſpõgia, nam affatim defluet. Iam integrũ eſt, his ennarratis, vt de muſculis femur mouẽtibꝰ agatur. Quorũ primꝰ ab iliũ oſſis extima ſede, & coccygis oſſis poſtica regione enatꝰ, poſteriori magni femoris proceſſus ſedi, & eiꝰ quoq; radici, ampla inſertione cõnaſcit. Seqũdꝰ ſub primo magna ex parte recõditus, magisq; ab interiori ilium oſſis ſede pronatus, magno femoris proceſſui implantatur. At tertius ſecũdo longè minor, ipſoq; penitꝰ occultatus, ab ilium oſſe

iuxta posteriorem coxendicis acetabuli sedem enascitur, magno femoris processui insertus, atq; vt duo priores femur extendens extrorsum q; in latus agens. Quartus verò à tribus humilioribus ossis sacri ossib⁹ pronatus, etiam magno processui inseritur, femur extendēs, extrorsum q; multum circūducens. Quintus omnium corporis musculorū maxim⁹, & pluribus partibus à coxendicis osse ac pubis, principiū ducens, posteriori femoris sedi ad humiliora ipsius vsq; capita insertus, extensionis & rectæ stationis author habetur, femur introrsum agens, id q; ipsius potissimum portione, à pubis ossis humiliori sede pronata. Tamen sextus à duabus infimis thoracis & aliquot superioribus lumborū vertebris initiū capiens, minori femoris processui inseritur, femoris flexus vnà cum septimo author, qui à tota interiori ossis ilium sede enatus, minori processu elatius sexto implantatur. Octauus verò à pubis osse pronat⁹ sub minori processu femoris, longa insertione innascitur, id flectens, verum etiā impensè introrsum mouens. Nonus anteriorē pubis ossis foraminis sedē occupans, & maiori femoris processui insertus, introrsum femur circumuertit. Postremo decimus, interiorem posterioremue dicti iam foraminis sedem sibi vendicās, & secūdum coxendicis ossis posteriora tutissimè reflexus, ac veluti alijs musculis hìc pronascentibus adauct⁹, maiorq; femoris processui insertus, femur extrorsum circūuertit. Quod horū administrationem spectat sic præstabis. Robusto cultro, qui ossis impetum aliquādo sustinere possit, primi musculi caput ab osse coccyge & ilium ossis dorso trāuersis sectionib⁹ abrades, quousq; in secūdum musculū incidas, quod cum feceris, licebit

hoc

hoc reflectere & ſolis manibus à ſubditis partibus, ad magnum vſq; femoris proceſſum liberare ipſi⁹ longā inſuēs inſertionē, procul etiam ſub magni femoris proceſſus radice deſcendentē. Secundus pariter ab ilium oſſe dirimendus eſt, mente adhibita ne tertij principiū vnà auellatur, exordiuntur enim coniunctiſſimè. Reflexo itaq; ſecundi muſculi principio, atq; tranſuerſis ſecūdum ilium oſſis dorſum factis ſectionibus, vbi ad tercij muſculi principiū deueneris, ſecundus iam totus venit reflectend⁹, & manibus attractus ad inſertionem vſq; à tertio diuellendus, eadem quoqueratione tertius, ab oſſis ilium dorſo poſt ſecundum ab radetur, atq; hoc ad ipſius inſertionem deducto. Quart⁹ ab oſſis ſacri laterib⁹, cultro auferetur, manibusq; apprehēſus, ad magnum vſq; femoris proceſſum, à ligamēto cui innititur, & coxendicis articulo dirimetur. Quorū ſingulorū motibus examinatis, licebit omnes abijcere. Quintū poſt hos muſculū, à coxēdicis oſſis infima ſede, & pubis oſſe ſimul totum abrades, & ad ſuam in femur inſertionem illud perducēs, eam accuratè obſeruato, non neglectis ipſius inſcriptionibus fibrarumq; differētia, dumq; hūc preſcindis, animū accomoda, neſimul octauū muſculū tanquam quinti partem incautus auferas. Mox à lateribus corporū vndecimę & duodecimę thoracis vertebrarū, & trium primarū lumborū, ſexti muſculi caput venit liberandū, quo apprehēſo totus muſculus, ad parvum vſq; femoris proceſſum, à ſubditis eſt dirimēdus, quod ſolis manibus perfeceris. Poſt hunc ſeptimus opportunè aggredietur, tranſuerſis ductis ſectionib⁹, hūc ab interna oſſis ilium ſede, ad coxendicis vſq; os quà deſcēdit erades, & muſculo manibus eleuato, ad mino

rem vſq; femoris proceſſum,ipſius inſertionē conſide-
ratarus detrahes. Mox octauū tranſuerſa linea à pubis
oſſe abiectū vſq; ad inſertionē quę lata eſt diuelles, ob-
ſeruans ne imprudens nonū adimas. Poſtremò nonum
& de imū à pubis oſſe & coxēdicis abrades, & ipſorū
connexum,& in maioris femoris proceſſus ſinū,ac im
plantationē examinabis, ſicq; feliciter ſectionē eorum
muſculorū decem femur mouētium abſolues. Ex tibiā
mouentibus,primus ab ilium oſſis ſpinę anteriori ſede
productus,& admodū obliquè ſecundùm femoris in-
ternā ſedē ductus,anteriori tibię ſedi inſeritur, totiusq;
corporis gracilimus largiſſimusq; efficitur. Secundus
verò à pubis oſſium cōmiſſura enatus, in eandē cum
primo ſedē inſeritur. Tertius à coxēdicis oſſis appēdice
principiū ducēs,in eandē tibię ſedē recipitur. At quar-
ab eadem ſede coxēdicis oſſis exorſus & ſui partē à fe-
moris oſſe in deſcenſu aſſumens,tibię cum fibula arti-
culo,fibulę tamen magis inſeritur. Quintus inde etiam
principiū capiens,in anteriorē tibię ſedem, cum tribus
primis, minus tamē decliuis implantatur. Mox ſextus
ab ilium oſſis ſpina productus,mēbranę inſtar muſcu-
lis os femoris amplexantibus obducitur ac potiſſimū
ad latus exterius genu articuli inſeritur, ſeptimus à ra-
dice magni femoris proceſſus enatus, ac externū latus
femoris occupans,cum octauo & nono tendinē effor-
mat,cui patella innaſcitur. Octauus à femoris ceruice
atq; radice maioris ipſius proceſſus pronatus,quaſi to-
tum femoris os proximè ambit. Derāū nonus à coxen
dicis oſſis tuberculo ſupra ipſius cum femore articulū,
anteriori parte conſpicuo enatus, ſeptimo octauoq;
muſculis inſtrat, ad interiorē genu regionē fertur, atq;

intēdi-

in tendinē degenerās cum duobus nuper dictis vnum constituit tendinē, anteriori tibię sedi validissimè implātatum, sicq; primus sextus, septimus, octauus & nonus tibię extensioni prę ficiuntur, secūdus verò cum tertio, quarto & quinto tibiam flectit, qui in poplite musculus delitescit, atq; ab externo genu articuli ligamēto in tibię os obliquè pertinet, tibiā haud quidē flectit vt autumat Gal. & si quid agit obscure motū imitatur primi musculi, radium in pronū mouentis. Dexterrimè hos administrabis, si primū ab ilium ossis summo, ad mediū vsq; tibię longam ducas sectionē, cutē, adipē & carneā membranā diuidens, mox namq; secundū femoris longitudinē in interna ipsius parte, obseruabitur sexti musculi mēbrana tendoue quem cutis modo à subditis liberari conuenit, eius ergo parte quę anteriorem femoris sedem occupat, ad externum femoris latus deducta eam quoq; quę posteriorem sedem integit, similiter versus externum latus dirimere necessum est, quo manu transuersim inter ipsū tendinem & septimum musculum interiecta, sursum deorsumq; mota, tendinis insertionem musculiq; originem inuearis, vbi originis sedē adinueneris, cultro hanc ab ilii ossis spina abscecabis, illamq; digitis attollens, ad tibiam vsq; totum musculum auelles, adamussim tendinis istius ampliss imi naturam et carnosam musculi partem inspicies, & musculum pendentem à sua insertione relinquens. Mox primi musculi caput, ab anteriori, summaq; ossis ilium parte cultro liberato, atq; ipsius capite digitis apprehēso, facile ad insertionem vsq; à subditis diuelles. Deinde nouacula à pubis osse quā media cartilagine id alteri committitur, secundi musculi exordium diri-

mes,& illo digitis appræhenſo, muſculum vniuerſum, ad inſertionem vſq; perduces,ante noni diremptionē neceſſum eſt inſignem muſculum qui alteram cōſtituit natem auferre, qui à ſpina oſſis coccygis, poſterioriq; parte oſſisilium ſpinæ pronatus, magno femoris proceſſui potiſſimum inſeritur, femur vt dictum eſt moturus,digitis ergo in poſteriori femoris ſede,muſculos inuicem ſeiunges, vt capitum mutuo incumbentium craſſitiem, leuiori cura coniectare liceat,vbi animaduertes,num tertij muſculi caput quarti inſternatur,aut contra vt Gal. videtur, quod vbi effeceris,vtrumq; à coxendicis oſſe abſecabis,tertijq; capite in manū ſumpto,ad ipſius vſq; inſertionem detrahes,hoc ſolum expendens, qualiter quinti à nobis enarrati muſculi ſinui incumbat.Mox tertij capite ab oſſis coxendicis appendice liberato,totus muſculus ad ſuam inſertionem trahetur. Verſo nunc crure, noni muſculi principium altius nonnihil inter quoſdam femoris motores reconditum,ab oſſis coxendis tuberculo ſeparabis, quod facilè vbi digitis attraxeris,ad patellam vſque adimetur, ibiq; relicto, ſeptimi muſculi exortum ab oſſe derades & muſculi principio ſenſim in exteriora reflexo,ab octauo muſculo ad patellam vſq; liberabis. Octauū verò à femore deradere cōuenit,quum vndiq; oſſi adnaſcatur,vbi tamen ad patellam vſque adraſus vt & reliqui, ſingulorum muſculorū motum expendes. Qui verò pedem mouēt,in hunc modum habent. Primus ab interno femoris capite, iuxta genu articulū incipit,quem admodum ſecundus ab externo capite pronaſcitur,ambo poſteriorem ſuræ partem conſtituētes, & cū quarti pedem mouētis muſculi tendine congredientes,in cal-

cem

tem inſeruntur. Tertius verò exiguus, ab externo fe-
moris capite productus,& in poplitis regione adhuc in
tenuiſſimum tendinem degenerans, calcis oſſis inter-
no lateri implantatur. At quartus pedē mouentiū ma-
ximus,à fibulæ cum tibia coarticulatione incipiens, in
validiſſimum deſinit tendinem, cui duorum primorū
tēdo vnitur, ſimul cum ipſo calci inſertus. Quintus ti-
biæ ac fibulæ poſteriori ſedi proximè collocatus, ab
ijsdem enaſcitur oſſibus, vbi illa dehiſcere incipiunt, ac
iuxta interioris maleoli poſteriora tendinem educit, in
tarſi os, quod teſſeram imitanti oſſi vicinum eſt inſer-
tum. Sextus in anteriori tibiæ ſede repoſitus, à tibiæ oſ-
ſe, qua illi fibula ſuperius coarticulatur enatus, tendinē
in radicem pedij oſſis pollicem ſuſtinētis inſerit. Septi-
mus verò à fibula principium ducens, externum tibiæ
latus occupat, ac tendinem ſub pedis inferiora reflexū,
pedij oſſi pollicem ſuffulciēti inſerit. Octauus, ſeptimo
occultur, atque à fibula pronatus, tendinem inſerit ra-
dici oſſis pedij, paruum digitum ſuſtinentis. Demum
nonus pars eſt eius quem quatuor pedis digitos exten
dere, mox dicturus ſum, qui ad medium ferè longitu-
dinis oſſis pedij ante paruum digitum poſiti inſeritur.
Quinque primis pes extenditur, ſeu terræ vehemen-
ter admouetur, quod tertius id etiam obſcurè præſtat &
ſi quid ad pedis motum facit, eum in obliquum verſus
interiora agit. Sexto autem, ſeptimo, octauo, & nono
pes flectitur, horumq; muſculorum beneficio pes late-
rales motus prout ſinguli agunt muſculi exactè præ-
ſtat. Cæterum ex mouentibus digitos pedis. Primus to-
tus in planta collocatur, & infima parte membranam
impensè craſſam lato in manu tendini non abſimilem

tena-

tenaciter obnatum habet, atque à calcis osse enatus, se cūdis quatuor digitorum internodijs, singulos tēdines offert, eorum flexus authores. Secundus cum tertio posteriorem tibiæ sedem perreptat, ac secundus tibiæ ossi magis quàm fibulæ exporrectus, ab illoq; pronatq;, tendinem in plantam mittit qui in quatuor dissectus tendines, singulos digitorum tertijs ossibus inserit, primi musculi tendines perinde ac in manu fit perforantes. Tertius verò à fibulæ ad tibiam nexu enatus, & etiam fibulæ multum exporrectus, tēdinem in plantam profert, à quo parua portio tendinibus commiscetur, indicis & medij tertium internodiū flectentibus. Reliquus vero totus, in secūdum pollicis os inseritur illius flexionis opifex. His enarratis decem succedunt musculi qui multum implexi, pedijq; ossibus, adnati, prima digitorum ossa flectunt, duobus musculis ad singulos digitos pertentibus. Decimusquartus cuius altera pars nonius pedem mouentium censebatur, à tibiæ anteriori sede enatus, in quatuor degenerat tendines, qui quatuor digitis inserti, eorum extensionis authores censentur. At decimusquintus, ab interna tibiæ sede etiam produ ctus, pollici implantatur ipsius extensioni præfectus. Decimus sextus in superiori sede pedis reponitur, carneaq; est moles, in quatuor eneruationes degenerans, quarū altera pollicis superioris sedis externo lateri implantatur, secunda indicis, tertia medij, quartaq; anularis, qui tendines digitorum in externum latus abductionis opifices censentur. Decimus septimus externum pedis latus occupat, paruiq; digiti primo ossi insertus, illū à cæteris amouet. Decimus octauus interno lateri pedis exporrectus, pollicem à reliquis digitis remouet.

Demum

Demum in pedis planta carnea consistit substantia, in quatuor graciles dissecta portiones tendinibus commatas, quarum industria, tertia quatuor digitorū ossa flectuntur, quæ interno quatuor digitorum lateri, ad primum articulum insertæ, eorum ad pollicem adductionis authores habentur. Ligamentorum nō meminim⁹ quòd ferè eandem omnia seruent naturam & functionem, præter certa quædam particularia. Administrationem istorum vltimo enarratorum musculorū sic commodè tentabis. Per suræ lōgitudinem sectio in cute & adipe carnosaq; mēbrana ad calcem vsq; perducetur, mox alia ab interno pollicis latere, ad calcem vsq;, atq; hinc per pedis exteriora ad paruum vsq; digitum tēta bitur, sic vt vniuersam tibię & pedis cutē auferre possis, relicta tantum quæ plantam induit, quod vbi effeceris, acutiori cultro, à calce cutem adimes, per adipem transuersis ductis sectionibus, in quo opere diligenter cutis connexus venit spectandus, num scilicet tēdo aliquis citra adipis interuētum cuti proximè adnascatur, ac deinde cum nullus erit huiusmodi tendo, quale ligamentum id censere debeas, quod recenter diximus lati tendinis in manu vices gerere. Mox in tibia spectabis membranulam ligamētumue, quo musculi in sua sede non errantes continentur, deinde à femoris inferiorib⁹ capitib⁹, duorū musculorū principia liberabis, quos primos dicebamus occurrere in posterieri parte tibiæ, quib⁹ capitib⁹ reflexis, tertij musculi caput liberabis, ac musculum deorsum velles, qui acutiori cultro quum accedis ad calcem, à quarto musculo sedulo est dirimendus. Quo liberato à calcis osse, pedem mouētium quartum, vniuersæ suræ maximum, suo principio dirimes,

dirimes,& ad inſertionem vſq; duces. Mox ligamentũ quodlati tẽdinis vicẽ gerere diximus abrades,vt cõmodius à calcis oſſe,muſculus ille liberetur,qui paruũ digitum in externum latus abducit, & ſtatim ille,qui pollicem in internũ latus,à cæteris digitis remouet,vt muſculus quatuor digitorum ſecundum articulum flectẽs ſeſe offerat,& à calcis oſſe liberari queat, in quorum, tendinum adminiſtratione , vt in manu fieri diximus te exercere oportet .Iam verò in poplite latitans muſculus pulchrius ſe offert, quàm deſcribi poſſit verbis. Mox muſculum ſecundum pollicis internodiũ flectentem, ſuo principio liberatũ à ſubditis ad calcem vſq; detrahes.Item illum auelles,qui tertium quatuor digitorum os flectit,atque longa ſectione tranſuerſo ligamenta ſecato,ac poſtmodum animaduertito.X literam tendinibus extructam,quæ ibi occurrit,vbi ex ſuis finibus detractos tẽdines,à pedis planta deorſum reflectis vbi portiũcula ſe offert à muſculi pollicẽ flectẽtis tẽdine,illi tẽdini admixta,q tertiũ indicis internodiũ flectit. Deinde quàm primũ occurrũt muſculi quatuor digitos pollici adducẽtes, quos à calcis oſſe liberatos, atque ad inſertionẽ ductos,vnà cũ tẽdinibus quibus illi cõnaſcũtur adimere cõuenit,vt carnea moles, primos digitorũ articulos flectẽs inſpiciaſ,quã vel abrades vel pro arbitrio cõnexã ſines. Iam muſculus adhuc in poſteriori tibiq ſede reliquus,qui pedis motibus famulatur,à fibula & tibiq oſſe, ad poſteriorẽ vſq; interni malleoli ſedẽ liberabitur,atque ad inſertionẽ vſque ducetur, peculiari tranſuerſo ligamento longa ſectione diuiſo.Cæterum integrum eſt iam te anteriores tibiæ muſculos aggredi vbi in magna congerie tendinum, primum tendinem

attol-

attolles, qui est sexti musculi pedem mouētium, huius caput more aliorum musculorum ab exortu liberatū ad insertionem vsque ducetur, post quem musculum, totus se ostendit musculus quatuor digitos extendens, vnà cum portione illa, quam nonum pedem mouentium diximus, demum is secabitur, qui pollicem extendit, quem similiter à tibia ad insetionē duces, supersunt adhuc duo in tibia pedis motibus famulantes, qui fibulæ exporriguntur: quorum sectio à ligamenti transuersi inter calcem & fibulam positi dissectione inchoabit tendinibusq; eleuatis, vniuersum musculorum corpus, à fibula dirimetur, vt ipsorum insertionem manifestè contempleris, ac demū musculos qui superiorem pedis sedem occupant suis principijs liberatos ad insertionē perducas: atque ita vniuersæ musculorum fabricæ summam manū impones, Organa nutricationi dicata erāt hoc loco tibi enarranda ac reliqua postmodum quę sunt, nisi præterq; quod oratio nimis progressa esse videtur in multa rerum particularium varietate, iam tempus nos inuitare videtur ad cœnam. GA S. Nisi tibi futurum sit molestum ego planè libenter cœnę præferam istarum rerum admirabilissimarū enarrationem tum maxime quod vt nosti, subinde nobis cœna leui ad modum de causa differtur in multam noctem, age si placet. A N D. Mihi longè gratior est hæc confabulatio quàm vel lautissima mēsa esse posset, quare vel ob id quod quæ sequntur, vt minus habent difficultatis ita iucundiora esse solent omnibus, persequar institutum breuiter tamen me expediam.

Vt ergo homo viueret quàm diutissimè fieri posset immēsus rerū opifex sollicitè admodū prospexit, organa nutri

na nutritioni multifariã famulãtia extruẽs, cib⁹ namq; dentibus effractus atque in iustũ liuorẽ deductus, perin dè ac potus, ab ore in vẽtriculũ veluti in imprõptuariũ per viã ducũtur, Quæ duab⁹ proprijs tunicis, tẽdi atq; in se concidere aptis extructa, ex faucib⁹ sub aspera ar teria, mox secundùm thoracis vertebras, per diaphrag ma in superi⁹ sinistrumúe ventriculi orificium perti ner, sihomachus aut gula vocata. Vẽtriculus vero, qui promptuarij vt dixim⁹ modo alimentũ primo excipit, inter iecur & lienem mox sub septo repositus, ac inti gniter capax, & secũdùm transuersum oblongus, sinistra sede quàm dexta capacior, duabus tunicis distendi con trahiq; idoneis, tertioq; inuolucro quodã, quod perito nęũ educit intectis efformatus, cõplurib⁹ venis, arterijs, ac neruis cõplexus, quod ab ore illi delatũ est, quantũ uis rude & inelaboratũ, conquoquere satagit, ac velut in lacteũ cremorẽ, insita vi cõuertere, quem, per inferi⁹ orificiũ, ex elatiori sede dextri ipsius lateris pronatum, in intestina propellit. Intestina verò, corpora sunt tere tia, vno cõtinuoq; ac innumeris orbib⁹ gyrisq; tortuo so ductu, ac per varios anfract⁹, à vẽtriculo ad podicẽ pertinẽtia, perindeq; vt ventriculus duabus proprijs tu nicis extructa, quib⁹ etiam tertia à peritonęo accedit, non minus quàm duę proprię laxari contrahiq; apta, tametsi non vbiuis equeampla, siquidẽ intestinorũ ec phisis seu origo, à ventriculo procedens, secũdùm ven triculi posteriora, ad dorsum vsq; reflexa, & duodenũ nobis appellata, ac mox huic succedẽs intestinorũ pars, quam ieiunũ intestinum dicim⁹, & ea quæ ilium seu volulus nuncupatur, suisq; anfractibus ilia & sedem vndiq; vmbilico subiectã atq; conterminã implet, ęqua

quodã

quodāmodo constant amplitudine, quæ quū angusta sit vt dictis nuper intestinorū anfractib⁹ graciliū nomē inderetur in causa fuit. Cęterū intestinorū pars, in quam conuoluuli terminus seu finis cessat impensē crassa atq; ampla visitur, cui appēdiculū cōnascitur instar lumbrici, inuolutū, angustúmq;, ac vno ore donatū, quare typhlō, id est, cęcum dissectorib⁹ fuit appellatū: porrò ipsa crassa pars intestinorū à dextri renis sede, ad iecoris cauum conscendes, hinc secundùm ventriculi fundū, ad lienis sedem, atq; illinc secundùm sinistri renis sedē cōplicatur, et gyro quodā in sinistra pubis sede reflexa, totóq; illo ductu colon constituēs, super ossis sacri initium, rectà deorsum ad podicē fertur, recti intestini nomen ibi obtinens. In hęc intestina depellitur, quicquid ventricul⁹ elaborauit, per varios illorum gyros deuolūendū. Venę verò quę innumera serie, à iecoris cauitate simul cum arterijs, à magna arteria deprōptis, inter duas mēbranas, intestina dorso colligantes, ac multa pinguitudine glāduliscq; abūdantes, mesenteriū vocatas, in intestina pertingunt potissimū gracilia, ex ipsis, quicquid sanguini efficiēdo aptū idoneumq; est, simul cum aqueo serosóq; actenui, coctionis ventriculi recremento fugunt, iecori deferentes, vt officinæ sanguificationis. Crassum verò recrementū, ineptū suctioni, sensim in crassa relabitur intestina, illic tantisper asseruandum, quousq; hominē vexās, recluso musculo ambiēte intestinū rectum in orbē, semel vniuersimq; egeratur hominis arbitratu. Iecur in nullas dirēptum fibras, elatissimā sedem occupat ipsi subministrantiū organorū, atque ventriculo magna ex parte incumbens, septóq; proximè subditum, magis dextrā quàm sinistram cor-

poris ſedem implens, ſupra gibbū infra verò cauum conſpicitur, accūbentium illi partiū formę exactè congruens, atq; multarū venarū complexu, quibus ſubita tia iecoris concreto nuper ſanguini ſimilis contexitur efformatū: tenuiq; inuolucro ab ipſius ligamētis quib⁹ peritonęo alligatur, procedēte obtectū neruulos duos arteriamq; vnā admittēs & naturalis altricisue ſeu venereorū ciborum & potuum concupiſcibilis vt Plato dicebat animę fomes. Attamen venarū per iecur diffuſarum altera ſeries, ad cauam pertinēs venam, magis in ipſius gibbo cōſiſtit, altera verò in iecoris cauo reponitur, venę portę truncum ſeu caudicē conſtituēs, quę, primum folliculo bilem flauam recipiēti, furculos duos promit, deinde vētriculi poſteriori ſedi propē orificium inferius, inde vētriculi fundi dextrę parti ram⁹ offertur, à quo propagines in vētriculū ac ſuperiorem omenti mēbranam ſparguntur, quod mēbraneū quod dam eſt corpus, ſacculi modo ſtructū, ac vaſis tuto deducēdis præcipuè adaptatum, quamuis quum venis arterijsq; & pinguedine illis affuſa ſcateat, inteſtinorū calori fouendo quoque auxilietur. Inſtar enim circuli, à medio dorſi, ſub vētriculi poſteriori ſede incipiens, per iecoris cauum ad ventriculi fundū (à cui⁹ tertio in volucro inibi pronaſcitur) ad lienis cauum, atq; hinc ad dorſi medium, ſuo veluti initio perfertur. Hinc ſacculi, inſtar, deorſum protēſum anteriori inteſtinorum ſedi obuoluitur innatatq;, colū inteſtinū ea parte quā vētriculo exporrigitur, meſenterij vice dorſo cōmittens: attamē venę portę caudex poſtq; omento ſuffulcitur, diētas nuper deprōpſit propagines, induces partitur truncos, ac dextrum & grandiorem, per meſenteriū variè

digeſtū

digestũ intestinis offert. Primũ intestino duodeno iesti-
niq; iuntio ramum exhibens, glandoso corpore huic
intestinorum sedi exporrecto suffultũ, sinister verò trũ-
cus inferiori membrana omenti intextus, posteriori se
di ventriculi quà dextram dorsi partem spectat, paruã
affert propaginem, dein adhuc omenti inferiori mem-
branę, mox glãdulis hic vasorũ tutę distributioni pręfe
ctis, colore carneis, dein secũdùm posteriora vẽtricu-
li ramus abillo ascendit, vẽtriculi dorsi medium spectã
ti sedi, surculos primũ exporrigens, coronęq; ritu, supe-
rius ventriculi orificium obducens, à quo pręter surcu
los deortum, sursumq; depromptos, vnus secũdùm vẽ
triculi posteriora ad eius inferius orificium prorepit.
Ipse autẽ sinister venę portę caudicis truncus sinistror-
sum semper tendens, insignem hic quoq; promit venã,
omento & intestino colo implicitam. Ille verò in va-
rias sectę soboles, & propaginẽ adhuc humiliori omẽ-
ti membranę spargens, lienis cauo inseritur, ab ipsius
propaginibus, anteaquã lienem subeãt, ventriculi sini-
stro lateri ramulos offerens, inter quos insignis occur-
rit, qui fundum ventriculi in sinistra sede perreptans,
vẽtriculo superioriq; mẽbranę omenti soboles deriuat.
Porro venę portę soboles pericoris substãtiam distri-
butę, quod ab intestinis atq; ventriculo, iecori detule-
runt, in se continent, iecurq; eius succi optimũ conco-
quens, in sanguinem conuertit, sug etiam cõcoctionis
duplex recrementum, vt in vini percoctione fieri cer-
nimus, obtinens, crassius alterum quod sanguinis fex
lutumq; censetur, ac vulgo atra bilis dicitur, quę per
portę venã in lienem ablegatur qui ad sinistrum ventri
culi latꝰ ad inferiora ac posteriora repositꝰ, linguę crassi-

fioris formã eleganter exprimit, accumbentiũ organo rum formæ iecoris modo congruens, multis venis arte rijsq; intertextus, quibus propria lienis caro, lutoſo ſanguini ſimilis, & tenui tunica, quam omẽtum porrigit, intecta obnaſcitur. Lien ergo craſſius iecoris excremẽtum ad ſe allicere, atq; in ipſius nutrimentũ cõuertere, & ſi quid euincere nõ poteſt, in ventriculum id eructare creditum eſt. Excrementũ verò iecoris tenui⁹ quod veluti vini flos cenſetur, bilis flaua eſt, quam meatus inter portæ & cauæ propagines per iecoris ſubſtantiam digeſtũ, in ſe exhauriunt, ſenſimq; collecti, in vnũ meatum ceſſant, qui ex iecoris cauo pronatus, in bilis veſiculam pertinet, cauæ iecoris ſedi inſtar oblongioris piri media ipſius amplitudine innatam, corporeq; cõſtantem diſtentioni relaxationiq; apto, in qua veſicula omnib⁹ anatomicis, bilem aſſeruari perſuaſum eſt, quouſq; ipſa, peculiaris meat⁹ beneficio, bilem ipſam in duodenum inteſtinum eructauerit, vnà cum ſiccis ventriculi excrementis egerẽdam, atque irritaturam ſua mordacitate inteſtina ipſa, & pituita illis inſidenti liberaturã. Atram è ſanguis duplici excremẽto perpurgatus, ex anguſtiſſimis venæ portæ ramis, in arctiſſimas cauæ venæ ſoboles, tenui aqueoq; recremẽto perfuſus, quod ex inteſtinis in iecur aſſumptũ fuit, veluti culi loco vtẽs, contendit, quod aqueum excrementum vnà cum ſanguine in cauam conſcendens, in his anfractibus & angiportis, inſignem ſui vſum præſtat, tamen quum ſanguini prõpte digeſtionis nomine adiutit, & ſanguis tanta eius copia non indiget, operæpretium fuit vt id à ſangu ne alioqui onus ipſi futurum, ſeiungeretur, cui officio renes appoſitiſſimè famulantur, vtrinq; ſinguli,

ad venæ

ad venæ cauæ latera, iecoriq; proxime accumbentes, ac maximam illius ſeroſi humoris portionem, ſtrenuè ad ſe attrahentes, illam à ſanguine excernentes, quod vt cõmodius moliantur, inſignis vena, itemq; arteria, reni tranſuerſim exporriguntur, ac renem in ſinum membraneum ampliterq; cauũ in multas diſſectum propagines, ſeroſum ſanguinem excipit, & ſubſtantiq renis illi ſinui obnatę, duplicique tunica obtectæ beneficio, vrinam expurgat, illam in alium deducens ſinum, quem vrinarius meatus venæ modò conſtructus excipit, eam in veſicam delaturus. Etenim veſica ipſa quodãmodo rotundæ lagenæ ritu, vrinam ſenſim admittentis, ad poſteriorem pubis oſſis ſedem repoſita, peculiari conſtat tunica, ſimplici neruea q; ac triplici fibrarũ genere contexta, contrahi diſtẽdiq; prõpta, cui à peritonæo abdominis ũe membrana alia obducitur, in poſteriorem verò ſedem veſicæ, haud procul ab eius ceruice, à ſingulis renibus, ſinguli meatus admodum induſtriæ implãtantur, ipſiq; tãtiſper vrinã retinet, quouſq; aut copia aut qualitate hominem offendens, reciuſo muſculo veſicæ ceruicẽ orbiculatim ambiente, vniuerſim excernatur. Demum tali induſtria ſanguis repurgatus, per cauæ venę ramos ſeu riuulos quoſdam, vniuerſo corpori digeritur, vt ſingulæ partes, ex ipſo ſanguine ſibi proximũ & familiare alimentum ſugant, atq; in proprium nutrimentũ & loco colapſæ ſubſtantiæ reponant. Cæterum huiuſmodi cauæ venæ ſeries, plurimum obſeruatur, vbi ea in poſteriori iecoris ſede conſiſtit, ex anteriori ipſius regione ramos promit, in iecoris gibbũ numeroſa ſerie digeſtos, ac veluti ſatellites quoſdã in iecoris ſubſtantiam prorũpentes, ſurſum verò aſcendẽs, ac ſeptum

transuersum cum cordis inuolucro perreptans, duas propagines septo largitur: ad dextra vero cordis auriculam, ea vena cava ampliori orificio, in dextrum cordis ventriculum delitescit quàm cauæ orbicularis amplitudo vipiam visitur, vnde primũ exordiri opinamur, à posteriori tamẽ eius implãtationis sede vena prodit, cordis basim coronæ instar cingens, ac deorsum per cordis superficiem ramulos digerens. Rursus eadem cava à corde sursum contẽdens, ac cordis inuolucrum ibi prætergressa, azygos venã sine comite carentem, & octo vt plurimũ inferiora costarũ interualla vtrinq; enutrientem, à dextro latere promit. Hæc vena est, ad quam animaduertentes ferè omnes medici nostri temporis contendunt in pleuritide lateris laborantis secandam esse venam, sequuta Gal. aliorumq; multorum sententia. G A S. In nulla re sanè mihi tantũ insanire videtur nostri medici quàm in ea incurãda pleuritide venæ sectione, namq; vtrisq; quantũ reor æque benè & quãdoq; infeliciter succedere animaduerti, & ijs qui perpetuò secant contrariam & alijs qui cõtra faciunt. A N D. Optimum est argumẽtum quod ab experientia deducitũ est, atq; ita ab eo tẽpore quo publice Parauij ab illo meo institutore intellexi nihil referre vtrãuis secarem, sic esse mihi persuasi, sicq; longa iam experiẽtia mihi confirmari video, eam eruditã vt verã sententiã, sicq; curationem exerceo promiscue hanc, illamue secans. G A S. Hoc tibi facile crediderim, cæterũ quid interim ad Gal. sententiam, quã obijciet quiuis esse multa, experiẽtia (vt erat vir expertissimus) confirmatã, norũt enim omnes virum scientissimum, quæ egregiè & acutè admodum ratiocinaretur creberrima experientia cõfirmasse,

cõfirmasse. AND. Non facilè crediderim multa experientia omnia sua dogmata potuisse suffulcire, breuior enim homini contigit vita, quàm vt tam prolixæ rei satisfacere omni ex parte potuerit, præterquã quod, quia eius venæ anatomẽ vt & multarum aliarũ fermè ignorauerit, aut nimium præposteré & infeliciter exercuerit & intellexerit Gal. atq; ipso authore tota controuersia in venarum anatome exquisita reijcienda sit, dirẽptionem dubij vt curationem ægritudinis aliundè, quã à Gal. petendam cẽseo. Libro enim secundo in Hippo. de Victus ratione morborum acutorum, dum venam nobis veluti ex tripode cõscribit, ter sibi pugnare videtur. Initio enim sermonis de distributione venæ cauæ per thoracem in vniuersum inquit, venam octo inferiores costas enutrientem à caua exordiri antea quàm ad cor perringat, mox subiungit, in quibusdam animalibus, supra cor hanc à caua vena depromi, in homine verò ex ea cauæ sede, qua hæc dextram cordis aurẽ contingit, rursus ferè sui oblitus, hominis infernas costas à vena enutriri inquit quæ sub corde à caua exorditur, cui etiã sententiæ congruit quod sexto de Hippo. & Plato. dogmatib⁹ legit, vbi habet, Cordis inuolucri vnà cum omnibus mẽbranis, quæ tum thoracis cauitatem intersepiunt, tum quæ pulmonem ambiunt, alimẽtum ex caua priusq; cor deferatur sumere. Ad hæc habes Aëtium & Archigenem Græcos medicos planè eruditissimos & inter primarios recẽsendos, qui interpidè perpetuò contrariam in pleuritide secabant, sicq; nobis faciendum præscripserunt, ex quorum pugnantibus diametro sententijs, vt & nostri temporis Arabica & Latinorum hæresi facile condisces quod à principio

dicebã vtrumq; experientia confirmatũ iri, ac tandem nihil referre vtramuis secces, neq; est etiam quod nos remoretur, illud Hippo. excogitatum de rectitudine fibrarum seu villorum seruanda, quando vt dictum est experientia contrarium confirmet, nec Gal. id religiose seruat vt ab alijs seruari cupit, nec qui èdirecto semper latere secat, se eam κατ' ἔξιν. seruare arbitretur, potissimũ quũ inflammatio infernas sinistri lateris costas apprædẽderit & venæ sectionem eiusdẽ lateris molitur, nam tum si originẽ venæ coniuge carẽtis aduer tas contraria veniebat secanda potiusq; èdirecto lateris laborantis, vt illud Hippo. inuẽtum inuiolatum seruaretur, GAS. Non posset curari ægritudo hæc sæuissima præter venæ sectionem? AND. Nemo est in vtraq; secta quod hoc non nouerit, subinde inflammationẽ eam demoliri præter venæ sectionẽ, cæterum expeditissimum vt prõptissimum & multa experientia confirmatum est, remedium per venæ sectionem, sic enim iubet Hippo. sic post ipsum Gal. & reliqui ad vnum omnes, si tamen præscribatur venæ sectio, hoc est, vt sæpe nos docent Gal. & Hippo. si illa tria conueniant, ætas, virium robur, & morbi magnitudo, alioqui minimè faciendam arbitrabere, nec venæ sectio in pleuritide vnum habet semper scopum, nonnunquam enim ea fit dumtaxat reuellendi gratia, quandoque vero deriuationis, quandoque vtriusq;. GAS. Quid vocas reuulsionem & deriuationem? AND. Quod Gal. quinto Metho. ther. cap. 3. Est enim reuulsio ipsi euacuatio vel medicamento, vel sectione venæ ad contraria facta. Deriuatio vero ad vicina, eaq; vna opera vnaq; vena secta ambo fieri posse & debere nos docet Gal.

cum

cum ſuo Hippo. dum præcipit vſq; ad ſanguinis muta
tionem detrahendum, namq; quando in principio is
ſanguis qui ad laborantem partem affluit, è vena pri
mum educitur, reuulſio fit, quando verò ad laborantẽ
affectamq; partem, dimiſſus ſanguis & qui iam illi eſt
impactus hæretq;, ex eadem vena inciſa profluit, deri-
uatio eſt, ac promptum, præſentaneũ & expeditiſſimũ
præcæteris remedium, tametſi vtrumq; non æqua ra-
tione omnes laborantes ea ægritudine admittere poſ-
ſint, tum propter virium imbecillitatem, tum pro-
pter morbi temp°, & occaſionem variam, quæ omnia
nec ſcribi aliter nec dici queunt, relinquuntur tantum
arbitrio boni medici adſtãtis, neq; eſt quod in ea de ve-
na ſecãda in pleuritide triuiali admodum cõtrouerſia,
aliquid vlterius requiras, ſaltem, pro cõpendij ratione
quod ſi fuſius rem tibi explicari cupis (ſcio fiet præter
vtilitatem) habes Leõhartum Fuchſium medicum ger
manũ, inſignẽ & eloquẽtiſſimũ virum qui hæc tibi fu-
ſiſſimè admodum ac ſæpe inculcat, dum in Hieremiã
noſtrum inuehitur atq; in Italos quoſdam medicos, ac
eruditiſſimum præ cæteris libellum Andreæ Veſalij de
eadẽ re, quo fermè coẽgit Fuchſiũ vt recãtaret Palino
diam ex ijs planè quod nos breuiter diximus, fuſius in
telliges, GA. S. Non moror commentarios tam mul-
tos de hac re conſcriptos qui iam vel popularibus ho-
minib° nauſeã mouẽt, reuertamur ad inſtitutũ ſi placet.
AND. Rectè quidem nam merito vel medici ipſi, qui
in ea re vlterius verſantur, iam ab omnibus ludibrio
habẽtur, quando indubiè nihil referat vtramuis ſeces,
ſitq; ferè quæſtio de lana caprina aut aſini vmbra. Ve-
na ergo hæc azygos dicta à dextro venæ cauæ latere

pronaſcitur eas infernas coſtas enutritura, caua vero iugulum petit vbi tota bipartito ſcinditur, ab ipſius anteriori ſede pectoris oſſi, & interſepientibus thoracem membranis venas offerens, ſuperiora abdominis perreptates. Ab alterius trunci radice factæ modo in iugulo bipartitionis, inſignis promitur vena ſuper primam coſtam in axillam excurrens, prius tamen in thoracis cauitate ramum promens, in tria ſuperiora ſui lateris coſtarum interualla aſſumendum, atq; alium per tranſuerſos ceruicis vertebrarū proceſſus in caluariā vſque exporrigendum, & alium in poſteriora thoracis, iuxta ceruicis radicem ſparſum. Præſens vena thoracē egreſſa nonnunq; hūc, humerariam promit venam, & ramū muſculis anteriori thoracis ſedi inſtratis, aliū vero poſteriori ſedi tharocis & cauo ſcapulæ, atq; lateri thoracis alium digerit, in axillam feſtinans. Trunci autem in iugulo factę bipartitionis reliquum, in duos impares ramos diſſcinditur, & horum interior gracilioręq; internā iugularē conſtituens venā, duab⁹ propaginib⁹ durā cerebri membranam adeuntibus, caluariam ſubit. At exterior, ab externo latere propaginem ex qua humeralis vena conſtituitur deducens, ſurſum conſcendit iugularem ſuperficiariā efformans, variē ad fauces vſq; excurrentem, atq; in linguam, laryngem, palatū, faciē, tempora, & verticem diſtributam tribusq; venis caluariam ſubeūtem. Cæterum humeralis vena priuſquām ſub clauicula ſummoq; humero in brachium fertur, ramum poſteriori ceruicis ſedi, & alū ſcapulæ gibbo, aliumq; ſummi humeri ſuperioris ſedi exporrigit, atq; ſecundum exterius latus, muſculi cubitum flectentium anterioris ſub cute prorepens, ſurculoſq; graciles cuti

depro-

depromens, supra cubiti articulum dissecta, quandoq; vnum ramum penitus latentem, moxq; absumptum ad cubiti articulum defert, alium sub cute obliquè ad cubiti flexus medium cum axillaris venæ ramo coitu rum, & communem venam dictam constituturum, Tertium sub cute secundùm radium in posteriora cubiti, ac tandem ad brachialis radicem propè vlnæ extremum mittit, qui axillaris propagini ibi commixtus, parui & anularis digitorum exteriora conscendit. Axillaris verò in axilla delitescens, cutique anteriorem brachij sedem versus interiora inuestienti ramum offerens, surculum exhibet capitibus musculorum cubitum extendentium atque alium illorum mediæ ferè longitudini, dein aliam propaginem cum quarto brachium petente neruo secundùm brachij posteriora, ad cubiti vsque exteriora ablegat, tum in duas secta venas, alteram prorsus toto ductu lantantem, ac arteria semper concomitatam, per cubiti articuli flexus medium deducit, quæ ante cubiti longitudinis medium, in duas dissecta soboles, vnam secundum radium, alteram verò secundum vlnam versus brachiale porrigit, hicq; rursus in surculos diremptа, in internam digitorum sedem ita digeritur: vt singulis digitis, binæ offerantur propagines, ac surculus quidam inter pollicis primum internodium. & postbrachialis os indicem sustinens, ad manus externam sedem pertingat. Altera verò sub cute semper exporrecta vena, iuxta cubiti articulum, in duos partitur ramos, quorum alius obliquè versus cubiti articuli flexum contendens, cum humeralis ramo commisceatur, vnà cum illo communem efformans venã, quæ

duabus

duabus illis medijs venis cõstituta, obliquè deorsum repens, radiumq; cõscendens, in externa cubiti sede instar Y. in duas dissciniẽ propagines quarũ vna medij digiti vt plurimum externam sedem petit, altera vero pollici atq; indici offertur, surculum in internam manus sedem spargens, ramulis commiscendum monticulũ veneri sacrum implicantibus. Alter verò axillaris ramus iuxta cubiti articulũ factę diuisiõis, varias soboles in cubiti internam sedem depromit, quibus frequenter vena accedit, ab altero ramo communem venam constituẽtium, quem axillaris exhibebat, enata. Soboles istæ admodum variè coëuntes, quandoque rursus inuicem diremptæ, ac internam cubiti sedis cutem implicantes, tandem in internam manus cutem prorepunt: attamen insignior eius rami soboles vlnæ exporrecta, ac in cubiti exteriora etiã surculos promens, iuxta brachialis radicem humerariæ ramo cõmiscetur, ad paruũ digitum & anularem contendenti. Cæterũ venæ cauæ pars sub iecore deorsum repens, à sinistro latere ramũ offert pingui tunicæ renis sinistri locisq; reni contermi nis. Deinde singulis renibus magna exporrigitur vena ab elatiori sede venæ petentis renem dextrũ, quæ subinde altius, vena sinistro reni propria exorditur, propago pinguem dextri renis tunicam accedit. At ab illius quæ ad sinistrum proficiscitur renem, humiliori sede seminalis vena sinistra exoritur, interim dextra seminali ducente principium à cauę caudice inferius multo. Porrò vbi caua vertebris lumborũ innititur, geniculatim illis surculos porrigit, in musculos proximos & abdominis vsq; latera absumendos, quarum venarum illæ sunt magis conspicuæ, quæ à caua inibi pronascuntur

quà

quà ſupra oſſis ſacri ad lumborum vertebras nexum in duos pares diſcinditur truncos, quorũ vterque propagines quaſdam foraminibus oſſis ſacri offert: atque in duos partitur ramos, quorum interior propaginem mittit in muſculos exhauriendam, qui oſſis ilium & ſacri poſteriorem partem occupant, & aliam deriuat in veſicam, & penem, atque in mulieribus multiplici ſobole in vterum pertinentem. Reliquum eius rami, ab externo ramo portiunculam aſſumẽs, per pubis oſſis foramen in femur ducitur, cuti & muſculis internam femoris ſedem occupantibus ſurculos exhibens, ante genu articulum ceſſans, ſuoq; fine cum alterius crus petentis venæ ramo coïens. Exterior namq; ramus ſiniſtri cauę trunci per inguina femur aditurus peritonęo propaginem offert, inferiorem abdominis ſedem vſq; ad vmbilicum abſumendam: in femur verò procidens, pubis cuti ac pudendi muliebris colliculis ſobolem exporrigit. Verũ inſignẽ venã per femoris et genu ac tibię interiora, ſub cute ad pedis vſq; digitorũ ſummũ diffundit, in progreſſu ſparſim cuti ramuſculos depromentẽ. Alteram quoq; ſub cute ad coxendicis articuli anteriora deriuat, ipſæ verò altius inter muſculos ſubmerſus, propaginem offert muſculis, atque cuti externa femoris ſede locatis, ac aliam muſculis internam anterio remq; femoris ſedem occupantibus. Cum hac propagine etiam extremum venæ eius coït, quam per pubis oſſis foramen relabi diximus. Hinc grandis vena per femoris poſteriora retorquetur, ſoboles eius ſedis muſculis communicans, à quibus ramuli in cutẽ pertinẽt, tum ſurſum, tum deorſum vſque ad ſuram excurrẽtes Inter inferiora verò femoris capita magna hæc vena

in

in duos partita truncos, minorem exteriorem q̃ versus fibulam deriuat, à quo præter surculos anteriorem genu sedem petentes ramus dissinditur, sub cute externam tibiæ sedem versus posteriora obtegente, ad digitorum vsq; superiora variè dissectus. Reliquum verò altius inter musculos externæ fibulæ sedi attensos occultatum, vltra tibiæ medium properat. At interior truncus insigniter amplus ramum dispensat secundùm internam tibiæ sedem versus posteriora sub cute ad pedis vsq; digitos productum, deinde alium depromit per sinram nonnihil reconditum, ad calcem vsq; pertingẽtem. Præcipuum tamen huius trũci, musculos posteriorem tibiæ sedem occupantes subit, atq; ab ipsius anteriori regione ramum per ligamentum membraneum demittit, fibulam tibiæ committens: atq; is sub musculis anterioribus tibiam integẽtibus absconditus, ad pedis vsq; superiora pertingit. Ipsa tamen vena secundũ posteriora descendens, atq; hinc inde cuti & contermi nis musculis ramos offerens, tandem inter calcem & tibiã inferiora pedis subit, inibi in musculos atq; digitos in eum modum distributa, vt duæ propagines singulis offerantur. Sicque vt plurimum habet venarum distributio in cadauere humano.

Cæterum cor irascibilis animæ sedes & organorũ quæ spiritibus restituẽdis enutriendisq; famulant, facilè ab omnibus fermè principium censetur, instar nucis pineæ anterius ac posterius nonnihil compressæ efformatum, sua basi sub pectoris ossis medio constitutum, suo tamen mucrone in sinistrum latus impensè antrorsum vergens, carnea structum substantia, multò tamẽ quàm musculorum duriori, ac triplici fibrarum genere con-

re contexta, venis arterijsq; proprijs dotata. Duos sinus seu ventriculos obtinet, quorum alter in dextro latere consistit, amplior rariori tenuioriq; cordis substantia ob ductus visitur, ac cauæ venæ orificium seu principiū ad hunc pertinet, cui tres membranulæ introrsum ductæ veluti ianitrices præficiuntur. Dein vas arterię cōstans corpore, fungens tamen venarum officio, eaq; ratione arterialis vena appellatum, ab illo ventriculo egreditur, in ipsius orificio tres perinde exigens membranas, extrorsum tamen spectantes. Secundus ventriculus sinistro latere repositus, ac crassa præcipuaq; cordis substantia circundatus, duobus tantundem donatur orificijs, quorum inferius vasis cuiusdam est, arterię vsum præstantis quod ad aërem spectat. Cæterum venæ corpore efformatum ac proinde venalis arteria appellati, in cuius orificio duas tantum membranas natura præfecit, introrsum conniuētes. Elatius verò orificium arteriæ magnæ principio dicatur, cui tres etiam membranas natura elargitur extrorsum respiciētes. Hi sinus septo impensè crasso distingūntur, comprimi distēdiq; apto, & intus foueis plurimis (vt & cordis ventriculi) abundāti corpore extructo. Porrò vniuersum cor mēbraneo quodam inuolucro tegitur, ipsi cordi nullibi connatum, & longè amplior quàm cor aqueo humore quodā int⁹ irroratur, inuolucrū hoc quod pericardion dicunt exterius inferiori sua sede diaphragmati, haud quidem mediocri amplitudine connascitur, in lateribus verò, duabus continetur membranis thoracis cauitatem interscpientibus, atq; inuolucrum hoc, vt cor in sua sede seruaretur, sustulcientibus. Attamen pulmo reliquam thoracis cauitatem, quam cor & dictæ membranæ

branæ ac stomachus deorsum descendens non occu-
parunt, totam adimplet, sese adaptãs vndiq; accumbẽ-
tium partium formæ iecoris ritu. Quamobrem bubu-
lo, aut alioqui bissulco pedi, haud quidem dissimilis, &
primum dextra parte & sinistra conformatus, quę rur-
sus singulę in duas fibras lobosúe diremptę, multis va-
sorum implexibus extruuntur, Quippè asperæ arteriæ
à faucibus (vbi etiã tonsillæ & alia duo glandularũ ge
nera cõsistunt) in thoracẽ deductę, vt voci famulet par
tim cartilagineæ, vt verò concidere distẽdiq; apta effi-
ceretur, respirationiq; subseruiret, partim membraneæ
rami pulmonem passim implẽt: atque arterialis vena
à dextero cordis ventriculo familiarẽ sanguinẽ pulmo
ni pręparãte procedẽs eumq; pulmoni offerẽs, innume
ra serie in pulmonem distribuitur, similiter ac venalis
arteria frequenti sobole pulmoni implicans. His vasis
fungosa, mollis, tota spumea, atq; admodũ sequax pro-
pria pulmonis substantia circumfunditur, quam tenuis
admodum cuticula proximè ambit, pleuræ semper cõ-
tigua minimè pulmonis dilatationẽ compressionemq;
prohibens. Cæterum quia pulmo thoracis motum vo-
luntariũ vacui beneficio sequens dilatatur, vacui etiam
rationem extrinsecus nos ambiens aër per nares secũ-
dùm gargareonem: ac quum vehementius aërem du-
cimus, is per os etiam veluti in follem attrahitur, ipsius
spiritus portiuncula per caluariæ foramina cerebrum
petens, & reliqua parte per fauces in asperam arteriam
perreptans, ac pulmonis cauitatem ex ipsi⁹ distentione
factam exactè implens. Quem aërẽ pulmonis substan
tia vi insita natura alterat, cordisq; vsib⁹ adaptãs, mul-
tam sui partem à venalis arteriæ ramis vndiq; asperæ
propa-

propaginibus attenſis aſſumi permittit, vt eius arteriæ interuentu, aër in ſiniſtrum cordis ſinum deferatur, ſpiritus vitalis gratia. Cor enim hunc ſpiritū attrahēs, atq; in ſiniſtrum ventriculum magnam ſanguinis copiam à dextro exhauriens, ex vapore eius ſanguinis haliuoſo, & illo aëre, propria virtute ſuæ ſubſtantiæ ſpiritum conficit, quem cōcomitatum ſanguine ſubtiliēte, impetuq; ruente, ac fotum, per magnam arteriam vniuerſo corpori diſtribuit, ac natiuū cuiuſq; partis calorem ita attemperat, vt reſpiratio cor inſiti caloris officinam recreat. idem enim eſt Hippo. Gal. atq; omnibus medicinæ proceribus vſus reſpirationi & pulſus, quo arteria magna cordis rhythmo dilatatur atq; conſtringitur, tametſi id fieri cōtraria ratione animaduertim⁹ in diſſectione viua, vbi ad cordis diſtenſionem proximè ſequebatur arteriarū conſtrictio & contra. Ad ſpiritum igitur conficiendum cor vtitur aëre, quo feruidus calor illius attemperetur. Porrò quicquid in hac ſpirit⁹ elaboratione fuliginoſum minuſq; aptum eſt perficiēdo ſpiritui, per venalem arteriam in pulmonem trudi, atq; hinc cum aëre qui in pulmone reliquus erat, compreſſo thorace excerni, omnib⁹ anatomicis eſt viſum, adeò ſanè vt cor indefeſſa ipſius diſtenſione ſanguinē in dextrum ipſius vētriculum à caua vena attrahat, vt is partim in ſiniſtrum ventriculum ducatur, partim verò in idoneum pulmonis nutrimentum ab ipſo ventriculo præparetur, atq; contracto corde per arteriale vēnam pulmoni offeratur. Verūm cor dilatatum in ſiniſtrum ventriculum ex pulmone aërem ſugit, cōſtrictū verò ſpiritum vitalem vnà cum ſanguine impetu ruēte in magnam arteriā, protrudit, ne tamē rapida cor-

dis attractio venæ cauæ & venali arteriæ noxam infer
ret, natura prospiciēs sedulo de more cordis aures crea
uit, veluti promptuaria cordi appositas. Tamen mem
branulas vasorum orificijs præfectas arbitramur natu
ram finxisse, ne irrit⁹ cordis labor fiat, quippe membra
næ cauæ venæ & venalis arteriæ orificijs præfectæ, im
pediunt quo minus in cordis cōtractione sanguis in ca
uam, & spiritus vitalis in arteriam venalem prorūpāt.
Illæ verò quæ in arterialis venæ & magnę arteriæ ori
ficijs continentur membranulæ obstāt quomin⁹ in cor
dis diastensione sanguis pulmoni delatus, & spiritus vi
talis iam emissus, in cor denuo regurgitent. Magna ta
men arteria quamprimū è corde exorditur duas pro
pagines educit cordis basim cingentes, deorsum ramu
los per cordis substantiam spargentes. Ipsæ verò arterię
caudex paulò supra cor in duos truncos dissectus gran
diorem sinistrorsum spinam versus detorquet, à quo
vtrinq; rami ad octo infimas costas porriguntur, quum
tamen is deorsum sub septo fertur, ipsi quoq; soboles
quasdam impartiatur. Deinde ab vna radice iecori, ven
triculo, omento folliculo bilis, intestino colo, ac demum
lieni propagines offerens, venæ portæ ramis concomi
tatas. Deinceps caudex hic aliam radicem in mesente
rium dispensat, atq; vtrinq; renibus vnam derivat nō
nihil inferius, ab ipsius verò anteriori sede producens
arterias seminiferas, atq; adhuc dimissius mesenterio alū
ramū exhibēs, & in progressu lumborū vertebris ip
sisq; accumbentibus musculis surculos depromens. Sa
cri ossis initio, & si arteria prius cauæ in sinistro latere
subijciatur, eam cauam venā quo tutior prorepat cō
scendit, atq; eodem cum cava modo hīc bipartito scin
ditur,

ditur,parem cum illa ad extremum vſq; pedis diſtributionē in profundo molitur, namq; nullius hui⁹ magnę trunci arteriæ ram⁹ cutim ſubit,id tamē priuatim hui⁹ trunci propagini per pubis oſſis foramen procedenti accidit,quod illi arteria cōmittitur, quæ ab vmbilico ſecundùm veſicæ latus deſcendens,fœtui propria cenſetur.Trunc⁹ verò caudicis arteriæ magnæ ſuperiora repens, mox à ſiniſtro ipſius latere ramum promit,obliquè ad elatiſſimam thoracis ſui lateris coſtam protenſam,à quo primum ſuperioribus coſtis propago offertur,ac dein alia tranſuerſis proceſſib⁹ vertebrarum cer uicis,quæ paulo poſt in duram menyngem exhauritur. Dein alia ſiniſtro pectoris oſſis lateri exporrigit, quæ in alto ſemper condita,ad vmbilicū vſq; pertinet. Quī do verò ramus ille thoracis cauitatem ſuperauit,ſurcu lum tranſmittit muſculis poſteriorem ceruicis ſedem occupantibus,& perinde vt axillaris vena ad digitorū vſq; extrema digeritur,ſi tamē excipias axillaris ramos ſubeuntes cutem, ac tantum hīc intellexeris eos ſolum qui in alto latitant.Verum inſignior portio dicti nuper trunci magnæ arteriæ ad iugulum conſcēdēs, in duos ramos inæquales partitur,ſiniſter,qui magis exilis eſt ſoporalem cōſtituit arteriam ſiniſtri lateris:at verò ab ipſius dextro latere ad primam coſtam propaginē deriuat,eodem planè modo abſumendam,quo ramus ille qui obliquè primam ſiniſtri lateris coſtam adire dicebatur.Cęterū dextri rami reliquū,dextri lateris ſoporalem eſſormat arteriā,quę perinde atq; ſiniſtra ſecūdū aſperæ latus arteriæ fauces petens,ramum porrigit in faciem ocultius tamen & in temporū cutem ad verticem vſq; abſorbendum,ipſa autē linguæ,laryngi,ac triplici glā-

dularum generi hîc repoſito, propagines offerens, cal
uariam adit, atq; in duas diuiſa ſoboles, minorem im
primum dextrumue duræ menyngis ſinum exhaurien
dam mittit: grãdior verò abſq; venæ coniugio ſeu con
greſſu per proprium foramen in caluariam mergitur,
atq; hîc quamprimùm in duræ membranæ latus, ſobo
les ab ipſa deriuantur, ac alia per peculiare foramen
ad narium amplitudinem verſus naſi extremum con
tẽdit: ipſa verò propago caluarię baſi inſtrata, ac in nul
lum plexum reticularem digeſta, vt adhuc dum vulg⁹
Gal. nimis quàm moroſè credit, antrorſum fertur, ac
ramum cum ſecundo pari neruorum cerebri ad ocu
lum depromens ſurſum conſcendit, duram cerebri me
nyngem perforans, & partim in tenuem membranam
hîc abſumpta, partim verò in dextrum cerebri ventri
culum repens, illius plexus in hoc ventriculo repoſiti,
extimo fœtus inuolucro comparati, portionem effor
mat, atq; vitalem ſpiritum cerebro offerre creditur: vt
ex eo, ſubſtantiæ cerebri temperamento vt mox dice
tur animalis ſpiritus elaboretur. Cerebrum verò anima
lis ſpiritus ſedes & officina, totam caluariæ cauitatem
occupat, ſuperiori ſede ſecundùm capitis longitudinem
in duas partes dextram & ſiniſtrã diremptum, medio
tamen loco in ipſius baſi continuum, vnde dorſalis me
dullæ ab oſſium medulla plurimum differentis produ
cit initium, cui poſteriori parti ſubiectum penitus cere
bellum vnitur, cerebro decuplo minus, nec magis re
trorſum vergens quàm cerebrum ipſum. Hæc omnia
dura amplectitur membrana caluariam proximè ſuc
cingens, ac per ſuturas caluariæ fibras numeroſas por
rigens, quæ in caluariæ peculiare inuolucrum degene
rant

rant quod pericraniõ Græci vocãt: hoc inuolucrũ duræ menynx dictũ, tantũ à tenui cerebri mẽbrana seu menynge distat, vt vasorũ ipsius motũ non præpediat, processum mittit inter dextrã & sinistrã cerebri partẽ: rursus aliũ inter sedẽ cerebelli elatiorẽ & cerebrũ ea parte quà cerebello imitit, huic duræ menyngi quatuor insunt sinꝰ præcipui, venarũ, arteriarumq; vsum vnà subeũtes, ac variã seriẽ vasorũ in tenuẽ cerebri mẽbranã digerẽtes. Cerebri namq; substantiæ quæ cõtinua, alba ac nullis venis respersa est, tenuis quædã mẽbrana cõiunctissimè obducitur, quę passim in cerebri reuolutiones graciliũ in testinorũ anfractꝰ similimas se implicãs, vasa cerebri cõtinet. Porrò cerebrũ tribꝰ manifestis atq; impẽsè amplis donatur cauitatibus seu vẽtriculis, secus multò extructis quàm prȩteritorũ philosophorũ actheologorũ vulgꝰ turpiter olim nobis nugabatur, quorum vnus vẽtriculus secundũ cerebri lõgitudinẽ in dextra parte consistit, qui ex posteriori sede deorsum per cerebri substantiam reflexus, ad medium vsq; basis cerebri perfertur, Secundus huic prorsus respõdens, sinistra cerebri parte locatur, atq; ambo quà internis lateribus se inuicem spectant, superiori sede tenui quadam cerebri substantia inuicem distinguũtur, quod septum superius cerebri portioni continuatur, quæ quòd cæterarũ cerebi partium in superficie positarũ durior cãdidiorq; sit, callosum corpus appellatur. Humilior verò septi sedes, vnitur ei cerebri parti quæ instar fornicis extructa, vtrinq; ex posteriori duorũ primorũ cerebri vẽtriculorũ sede, ampla basi pronascitur, sensimq; antrorsum procedens, veluti in acutum trianguli verticẽ cogitur, sede humiliori quà modò enarrãdæ cauitati incumbit, testu

dimis instar excauata. Humiliores namq; dictorum ventriculorum sedes inuicem non distinguuntur septo, verum in cõmunem sinum abeunt, sub corpore testudinis instar formato repositum, & vno insigni meatu recta deorsum per cerebri substantiam pertinentem, in infundibulum seu peluim à tenui mẽbrana extructã, quà cerebri pituita per illum meatum relabens, glandi quadratæ ac ossi cunei formi superstractæ instillatur, illinc ad palatum nariumq; amplitudinẽ per insignia foramina defluens, non tamen spongiæ modo pertusa. Cõmunis hæc cauitas cerebri enarrata, tertius est ventriculus, posteriori sua sede in meatum definẽs, qui per cerebri corpuscula quædam testibus ac natibus similia in quartum ventriculum contendit, qui cõmunis est cerebello ac dorsalis medullæ initio, anteriori posterioriq; sede cerebelli processu ornatus, quem ex anfractuũ imagine vermilignis nato satis appositæ comparam⁹. Cæterum in hoc ventriculo quarto nullum corpus peculiare vt in tribus reliquis secantibus occurrit, namq; in dextrum ventriculum, atq; sinistrum, per ipsius posteriorem sedem soporalis arteriæ ramus conscẽdit, effor maturus plexum, quem fœtus extimo inuolucro comparamus: is namq; ab illo arteriæ ramo & eius vasis portione constituitur, quod glandulæ nucis pineæ instar effigiatq;, & cerebri testib⁹ incumbenti suffultum, ab extremo quarti duræ membranę sinus secundum cerebelli longitudinẽ ex porrecti, per tertiũ cerebri ventriculũ ducitur, atq; ab eo sinu tanquã à torculari, venæ arteriçq; materiã suscipit. Deinceps in duas partes diffectũ, altera in dextrũ, altera in sinistrũ pertinet, ac cũ arteriarum ramis eo peruenientibus, plexum super dictũ in vtroq;

in vtroq; ventriculo conſtituit, vbi ex eo vitali ſpiritu in illo plexu cerebri ope adaptato, atq; ex aëre quem inſpirantes in cerebri vẽtriculos allicimus, cerebris ſubſtantiq; vis inſita natura ſpiritum animalem cõficit, quo ſpiritu cerebrum ad principis animæ functiones partim vtitur, partim verò per neruos ab ipſo productos, ad organa ſpiritu animali indigentia tranſmittit, haud mediocrem ipſius portionẽ à tertio ventriculo ſub teſtibus cerebri in ventriculum cerebello & dorſali medullæ cõmunem diffundẽs, quæ poſtmodum neruis à dorſali medulla ortum ducentibus digeritur, à cerebri baſis medio vtrinq; vnus enaſcitur proceſſus, longus, teres, ſecundum cerebri baſim antrorſum ductus, & altero ſinu octaui capitis oſſis cribri modo perforati incumbens, atq; olfactus organo proprius: qui quòd ex caluariæ amplitudine non procidat, nerui nomine minimè eſt donatus. Primum verò ſeptem quæ cerebro aſcribuntur parium, paulo poſterius quàm dicti modo proceſſus neruorum ſubſtantiq; reſpondentes, principium à cerebri baſi ducit, viſorios conſtituẽs neruos, qui in oculi tunicam retis imagini ſimilẽ degenerant: nanq; oculos in cẽtro habet cryſtallinũ humorem, cui⁹ anterna pars obducitur pellicula tenuiſſimis ceparum ſimilima, poſterior verò eius humoris pars, vitreo humore continetur, cuius vitrei humoris poſteriorem regionem ambit inuolucrum cerebri ſubſtantiæ reſpondens, in quod viſorij nerui ſubſtantia dicta eſt abire: tenuis menynx neruum viſorium inueſtiens, in tunicam diſtẽditur vuæ folliculo admodum ſimilem, ſi folliculi pedunculum exemeris vbi membrana vini ſuſtantiam inueſtiens in orbem perforatur: quippè ipſa vniuerſum

oculum amplectens, anteriori ſedi foramine eo peruia cernitur, quod pupillam dicimus. Dura verò menynx neruo etiam viſorio circumducta, in duram oculi tunicam finitur, toti oculo obductã, exacte ſphærulã complens, anteriori tamen ſede oculi cornu modò pellucida, quæ iride ſeu maiori oculi circulo circũſcribitur, ad quem alba adhærensue oculi tunica anteriori oculi ſedi obnata definit. Porrò inter corneam hanc & anteriorem cryſtallini humori ſedem, aqueus humor cõrinetur, qui à vitreo tunica quadam tenui ciliorum imaginem referente, atq; orbiculatim cryſtallino humori adnata, & ab vuea principiũ ducẽte diſtinguitur, id fit ferè media oculi regione, namq; humor vitreus tantũ poſteriorẽ ſphærulę regionẽ occupat, illi medio loco inſidens cryſtallinus humor. Secundum neruorum par mouendis oculorum muſculis deſeruit. At tertiũ duabus radicibus inuicẽ diſtantibus vtrinq; enaſcens, minorẽ diſtribuit quadã portiũcula ad frõtis cutem, & altera ad ſuperiorem maxillam ſuperiuſq; labrum, quadam verò in narium amplitudinem, ac demum altera ad muſculos maxillam inferiorem attollentes. Maiorem verò radicem linguæ exporrigit, hæcq; illius beneficio guſtus inſtrumentũ efficitur. Tametſi ab hac etiã radice ram⁹ capreoli modo intortus dictis nuper offertur muſculis, & alius dentibus ſuperioribus, atq; item alius inferiori maxillæ dentibusq; illi infixis, atq; inferiori labro. Quartum par in palati ceſſat tunicã. Quintum verò bina quoq; radice prodiens minorem muſculis maxillam inferiorem attolentib⁹ diſpenſat, craſſiorẽ verò auditus organo offert, tametſi ab hac duas diſpergit ſoboles, per foramina diuerſa in dictos modo

muſculos

musculos etiam pertinentes. Sextum par præter ramu-
sculos quosdam musculis quibusdam in ceruice & la-
ryngi in descensu oblatos, septimi paris portione adau
getur, atq; iuxta pectoris ossis summum propagines
quasdam illinc prodeuntibus musculis prębens, ramū
costarum radicibus deducit, in organa sanguificationi
dicata pulchrè digerendum. Ita hactenus vterq; sexti
paris neruus æquè distribuitur: dexter verò priuatim
propaginem sui ad arteriam dextro brachio exporre-
ctam retorquet, à quo neruus exurgit secundum aspe-
ræ arteriæ dextrum latus ad laryngem proficiscēs, re-
currens appellatus. Reliquum verò quod ab hoc dex-
tro neruo descēdit, pulmonis dextræ parti & cordis in
uolucro ramulos offert, ac tandem stomacho cōmis-
sum, diaphragmaq; permeās, ventriculi superioris orifi
cij sinistram sedem crebris propaginibus inuenit. Ta-
men sinister neruus ad arteriæ magnæ truncum dorso
explicatum, portiones suas retorquet reuersiuum ner-
uum sinistrum facturus, ab hocque latere sinistro cor-
di gracilis digeritur propago, atq; reliquum dexteram
superioris orificij ventriculi sedem cōtexit secundū vē
triculi superiora ramulū ad iecur vsq; mittens. Demū
par septimum præterquàm quod sextū impensè auget,
præcipuè absumitur in musculos laryngis atq; linguę.
Nerui verò à dorsali medulla vertebris occlusa princi-
pium ducentes (namq; à cerebello nullum vel minimū
exordium nerui vlli ducunt) triginta sunt paria nume
ro, septem ceruicis dicata vertebris, duodecim thoracis,
quinq; lumborum, sex sacro ossi, nullo interim neruu-
lo à coccyge osse prosiliente, quæ vero à vertebris sep
tem ceruicis prorumpunt, in musculos ipsis adnatos

proximosq; digeruntur, Atq; à quarto, quinto & ſexto parũ ſurculis vtrinq; vnus efficitur neruus, ſepto trãſuerſo proprius, Deinceps à quinto, ſexto, ſeptimo, ac deinſab octauo ac nono, ſeu primo ſecũdoq; thoracis paribus, varius neruorum conſurgit contextus, à quo in brachium ſex nerui pullulant, præter varias propagines ſcapulæ cauo gibboq; diſperſas, Ac primus brachiũ petens neruus ab ipſius propaginibus, quas offert muſculo brachium attollenti, ſobolem admodum gracilẽ in cutem brachij externæ ſedi obductam digerit. Secũdus verò per axillam brachium ingreſſus ramulosq; priori cubitum flectentium muſculo exhibens, inſignẽ eius portionem tertio brachium petenti neruo impartitur. Ipſe verò in cubitum perreptãs, ac ramulum primo radium in ſupinum ducenti muſculo exhibens, cutem ſubit: ac in varias ſoboles diſſectus, ſuperioris inferioriſq; cubiti ſedis cutem ad extremam vſq; manum implicat. Item tertius per axillam quoque deſcendens atq; anterioris brachij ſedis cuti ramulos depromens, ſecũdiq; nerui portione adauctus, ſobolemq; communicans, poſteriori cubitum flectentium muſculo per anteriorem ſedem interioris tuberculi oſſis brachij in cubitum properat, muſculis hinc principium ducentibus ſurculos vnà cum quinto neruo ſpargens, atq; ſecundũ radium exporrectus & in manus volam ductus, duas ſoboles pollicis internæ ſedi, ac totidem indici quoq; vnamq; tantũ externo lateri interioris ſedis medij elargitur, ſæpe etiam medio binos ramulos & vnum annulari offerẽs. Quartus verò neruus brachij craſſiſſimus per axillam ingrediens, ac ramos muſculis cubitũ extẽdentibus diſſeminans, ſecundum brachij poſteriora ad

exter-

exterhum ossis brachij tuberculũ contendit, duas propagines diffundens prius in cutem. Cæterum neruus ad hanc externam articuli cubiti sedem positus, ramũ spargens vsq; ad brachiale, in cutem externi cubiti sedis, ac mox in duos veluti trũcos dissectus, musculisq; ab externo brachij ossis tubere pronatis surculos exporrigens, truncum vnum vlnæ tribuit, à quo ramuli in musculos ab externa ipsius sede pronatos digeruntur: ipse verò truncus iuxta brachialis radicem cessat, truncus verò superior radio porrigitur, ac præter soboles graciles, quas accubẽtibus prębet musculis, brachiale petit ac duos ramulos externæ pollicis sedi, duosq; item indicis, & vnũ medij digiti interno lateri impartitur. Porrò neruus quintus brachij arteriæ proximus in axilla delitescit, nullas soboles in brachio à se deducẽs, in cubitũ per posteriorẽ interioris tuberculi ossis brachij sedem pertingit, ac musculis inde pronascentibus vna cum tertio neruo ramos communicans, secundũ vlnam brachiale petit, in medio ductu ramum diffundens, qui duobus surculis in externam parui digiti sedem, duobusq; item in anularis, ac vno in medij exterioris sedis externum latus absumitur, relquum verò nerui quinti, quod internam brachialis sedem contendit, interiori parui digiti sedi, & anularis ac medij ramulos offert. Neruus sextus admodum exilis secundum internam brachij sedem sub cute deducitur, & in progressu ramulos quosdam in cutem disseminãs ad cubitum pertingit, in cuius cutem secundum vlnam ad brachiale vsq; frequentibus surculis diffunditur. Cæterum à neruis prosilientibus, & thoracis vertebris, prę-

ter ramos qui retrorsum ad spinas vertebrarum, & deinc

hinc musculos ab illis exordientes porriguntur, singula costarum interualla singulos ramos sibi vendicant, ad pectoris & abdominis vsq; mediũ orbiculatim pertinẽtes, ac musculis thoraci instratis abdominisq; musculis, & demum cuti surculos dispergentes. Ad hęc ex intercostalibus neruis portiunculæ digerũtur, quæ sexti paris neruorum cerebri propagines costarum radicibus exporrectas adaugẽt. Neruorum verò distributio progredientium è lumborum vertebris, thoracis neruis ferè respondet, illi namq; retrorsum ramos diffemi nant, ac secundum ilia ad abdominis medium circulatim conscendunt, ramos conterminis musculis cutiq; elargientes. Verum enimuerò à primo istorum pari ad testes cum seminalibus arterijs propagines admodum minimè pertingunt, à quatuor verò humillimis paribus nerui in femur procidentes principium sumũt, etsi omnium maximus à quatuor primis sacri ossis neruorum paribus enascatur. Ossis verò sacri primũ neruorum par, perinde ac thoracis et lumborũ paria è vertebris, labitur. Quinque verò humiliora sacri ossis paria haud quidem à lateribus prosiliunt, verum vna radice antrorsum altera retrorsum egrediunt, ac posterioribus radicibus in musculos sacro ossi ac ilium ossibus adnatos, & cuti respergunturAnterior verò primi paris ramos vnà cum anterioribus trium succedentium parium radicibus nuper dictum neruum cõstituit. Humiliorum verò parium radices in vesicam, podicem, ac penem, & in mulieribus in vteri ceruicem ac pudendi colliculos imbibuntur. Verum quatuor neruorum in femur progredientiũ primus, secũdum sextum musculum femur mouentem deducitur, ac in externam fe-

moris

moris cutem ramum disseminans, in musculos absumitur occupantes exterius latus femoris. Secundus simul cum grandiori femoris vena atq; arteria femur ipsum subit, mox ramum depromens per internam femoris genu & tibiæ sedem ad summū vsq; pedis & digitorum extrema sub cute simul cum vena, quà hâc prorepere dictum est, descendēs: huc illucq; ramulos dī gerens. Reliquum verò secundi nerui, in musculos anteriorem femoris sedē contegentes cessat. Tertius neruus pubis ossis foramen penetrans, ac musculis id occupātibus ramulos offerens, propaginem deriuat in internā femoris cutem aliquousq; sparsam, reliquū verò ipsius nerui in musculos dissinditur, in interna femoris sede locatos. Quartus omnium facile crassissimus eorum qui ex pluribus neruis construūtur, in posteriora femoris ducitur, vbi coxendicis os à sacro discedit, ramum in cutem femoris posteriorem spargens, qui paulo sub media femoris longitudine cessat. Humiliori sedi aliꝰ offertur ramus, à quarto neruo pronatus, qui etiā musculis à coxendicis ossis infima posterioriq; sede pronatis, soboles exhibet, vt & musculis ab inferioribus femoris capitibus pronatis. Mox in regione poplitis in duos dissectus truncos graciliorē exterioremq; ad fibulam perfert, à quo ramus ad externam tibiæ cutem, ad paruum vsq; digitum repit, ac alius in anteriorem cutem tibiæ dispergitur, reliquum verò eius truncus ifibulæ exporrigitur, vbi septimi octauiq; pedem mouētium musculorum pendet exortus. Grandior verò interioriq; truncus ramum in internam tibiæ cutem, ac surę cutem ad calcem vsq; porrigit, ipse verò in musculis suram cōstituentibus delitescēs, ramum per ligamentū

membra-

membraneũ mittit, quo fibula tibiæ colligatur. Hic ramus musculis anteriorem tibiæ sedem occupantibus reconditus, tandem in pedis superiora contendit, inibi digitis exporrectus. Præcipua verò eius grandioris trunci portio secũdum tibiæ posteriora deorsum properãs, ac soboles quasdam huc illuc musculis exhibens, inter calcem interioremq; malleolũ pedis humiliora petit, atq; exiguas admodum propagines musculis inibi repositis offerens, inferiori singulorum digitorum sedi binas soboles cõmunicat, atq; ad hũc modum Deus optimus maximusq; nerueam substantiã extruxit. G A S. Horum dicito etiam administrationem si placet, nam vt enarratio cæteris fuit iucũdior ita & administrandi ratio hæc me magis delectabit. A N D. Faciã libẽter vel ob eam causam quod humanũ caput, frequẽti⁹ intueri poteris citra corruptelam vllam & nauseam quàm vniuersum corpus, & quod sit organorũ omnium quę rationali animæ subseruiunt, præstantissimum vt admirabile ac veluti nimẽ præseferens aliquod, cognitione exquisitissima dignissimum tum etiam quod hoc deesse videtur orationi, audi ergo.

Caput à reliquo corpore omnino auferri debet, lõgè enim cõmodius minorique molestia attrectabis, vnde etiam capita eorum qui in extremo supplitio de truncãtur ad hunc vsum ceseri debent accommodatissima. Qualecunq; ergo caput obtigerit, semper illi⁹ os serra diuidendum est, ac proinde nouacula in capitis cute ad os vsq; orbicularem duces sectionem, quæ pollicis latitudine elati⁹ quàm supercilia sunt, non inoportunè auspicabitur, hinc per tempora ad eminẽtissimam maximeq; posticam occipitij sedem tendens, & illinc

illinc rursus per tempora frontem accedēs. Ducta hac linea tenuiori serra qua in gāgrena auferendis mēbris vti cōsueuimus, aut alia ab eburneorū pectinū artificibus petita, caluariam secundum illam lineam diuides, studiosè pręcauens, ne altius quàm os sit, serra descendat. In hoc opere conduxerit capitis crines nōdum abrasos, neq; etiam aures præsectas esse, quo leuiori negotio altera manu, & sodalis vtraq;, caput ne serræ cedat contineatis, vbi caluariam orbiculatim diuiseris, obtuso cultelli mucrone, secundum sectionem ducto, num aliqua ossis pars adhuc diuidēda superfit examinabis, vt & eam quoq; serra diuidas, Porro ne sectionis finē ipsius principio elatiorem, de præstiore mue moliaris, si modo id citra aliam operam (quanq; factu sit longè facillimum) te facturum non fidis, nihil obsuterit, funiculum colore aliquo intinctum nudę caluariæ fortiter illorum qui trabes in asseres diuidunt modo, circūdare, vt coloris orbicularem lineam, quæ serram dirigat, caluarię intingat, Atq; hunc funiculum ossi obuoluere conuenit, postquam iam cutem orbiculatim dissecuisti quippè cutis sectio te manu ducere nequit: nam sectionis in cute factæ latera, dum caput validè continetur, hinc inde absedente cute diuelluntur. Diuisa ad hunc modum caluaria, si à cerutce inferiorique maxilla caput habueris liberum, illud sua basi mensæ impones, vtrinq; si visum fuerit ne in latera concidat, lapidem, aliudue simile collocabis. Si verò caput reliquo corpori sectionis ratione adhuc hęreat, tot cerutci occipitioq; quadratos lapides, aut truncum aliquem subijcies, vt caput in anteriora reflexū eleuatumq;, ac si basi inniteretur, tibi assurgat. Insuper sectioni per caluariam factæ

validio-

validioris cultri dorſum tranſuerſim ad frontem primum impones,& illo modicè ſurſum deorſumq; acto, ſectionem aliquouſq; dirimes. Idem quoque in occipitio temporibusq; tantiſper faciendum eſt,quouſq; caluariam à dura cerebri membrana liberam eſſe coniceris,tũc enim verticis crinibus apprehenſis attrahentem manum os ſubſequetur. Adempto oſſe cutẽ ſimul cum adipe & carnea membrana ſolis manibus (alicubi tamen cultro prius liberatã) facile diuelles,et deinde cultelli mucrone Græcis vocatũ περικρανίον, ipſiusq; περιόστεον, indagabis, Deinde etiam venulas ex verticis cute in caluariam verſus duram cerebri membranam,aut ab hac in illam profectas. Iam dura cerebri membrana aliqua ex parte cultello eſt perforanda, & calamo fiſtulaue,aut quo in elicienda vrina vti conſueuimus ſyphone, foramini indito,ſectionis latera ad illum digitis comprimenda ſunt, vt poſtmodum ſyphone inflato, quanto dura cerebri membrana mole amplior ſit,condiſcas. Atq; ſuffecerit in altero tantum latere eiuſmodi foramen fieri. Nam copioſus qui inflatur ſpiritus vndiquaq;, duram cerebri membranam diſtendit,inflatq;. Verum ſi cum caluariã ſerra diuideres,durã membranam alicubi oſcitanter diſſecueris, illa quoq; ſectio dum inflatur mẽbrana oportunè,ne aërem trãſmittat comprimetur. Diuiſa rurſus membrana acutioris cultelli mucronem tertio duræ mẽbranæ ſinui per totam capitis longitudinem in elatiſſima eius membranæ ſede procedenti intrudes, longaq; ſectione vniuerſum quoad poteris,aut ab occipitio ad frõtem vſq;, aut à fronte ad occipitium diuides,atq; hic ſinus ſi ſuſpẽdio aut aliter quàm capitis ſupplicio homo necatus fuerit,

fuerit, sanguine oppletus conspicietur. Quem exterge re conuenit, & distento sinu ipsius formam, & ramorū qui vtrinq; ab ipsius lateribus, & ex inferiori eius sede pullulant, orificia inspicere. Porrò vt cerebrū dura ipsi⁹ membrana nudes, iuxta frontis os eam ad tertij illius si nus latera perforabis, & deinde stylo, in foramē indito secundùm illum cultello ad occipitis vsq; os continuò ad sin⁹ eius latera sectionē deduces, Hac ad vtrūque si nus latus facta sectione, rursus duram membranam cultelli mucrone propter aurem, qua ossi proxima est perforabis, hinc q; rectà sursum vsq; in priorem seu se cundùm capitis longitudinem ductam sectionem se cando perges, Postremo in capitis vertice quatuor sibi proximarum sectionum angulos vnguibus attolles, & deorsum tractos à cerebro reflectes, habita ramorū ratione, qui ex tertij duræ membranæ sinus lateribus, & ijs vasis quibus duræ membranæ implicantur latera in tenuē cerebri membranam pertinent. Insuper dex tra cerebri parte à sinistra modicè manū beneficio de ducta, septum à dura menbrana inter vtramq; cere bri partem extructū, & soboles à tertio duræ mēbranæ sinu vtrinq; in tenuē mēbranā diffusę, quantū fieri po terit attollentur, vt qui illarū interuentu in viuēribus cerebrū erigatur vtcumq; intuearis, ac de in acutiori cultello illis propaginibus à suo sinu liberatis eam durę membranæ partē à septo sediū olfactus organorū libe res, ac veluti ex cerebro eleuatā in posteriora reflectas, ipsi⁹ sinu qui venæ instar toti inferiori ipsius sedi expor rigitur inspecto, cuius origo, vt & cæterorū omnium, paulò post in propatulum veniet. Nunc autē ductus in tenuem membranā excurrentes, ipsaq; mēbrana inspi

tientur: vbi itaq; nuper dictam duræ mẽbranę partem in posteriora reflexeris, ac vtramq; cerebri partẽ disiũxeris, longos in tenui mẽbrana ductus intuebere, qui per capitis longitudinem in illam ex quarti duræ membranę sinus termino producũtur. Horum ortus in præsentia curiosius non venit inquirẽdus, ne fortassis quũ cerebrum nimiũ studes disiungere, aliquid incuria rũpas. Aliàs enim hortarer, vt vtraq; cerebri parte quàm maxime in posteriori sede disiuncta, duram membranam quà cerebri partes intercedere incipit, quã posses proximè ab illa duræ membranæ parte, quæ cerebellũ ac cerebrũ interuenit, acutioris cultelli mucrone diuideres. Tunc enim quartus tibi appareret sinus, & quas ille educit propagines. Deinde etiam cerebro à dura mẽbrana, quæ id & cerebellũ intercedit, modice eleuato, ramuli exili⁹ duræ membranæ parte in tenuem cerebri membranam exporrecti viserentur. Verùm hæc cerebri portione ablata inspicere longè erit satius. Ac proindè illis ductibus qui secundùm capitis lõgitudinẽ in tenui membrana supra callosum corp⁹ feruntur expensis, vnguibus, aut cultello alicubi tenuem membranam diuelles, ac deinde sensim à cerebro ipsiusq; anfractibus eam digitis detrahes. Cerebrum hac liberatum mẽbrana suos ostendit anfractus: argumentoq; est, quì à tenui membrana contineatur, quum scilicet hac detracta, impensè dilatescat, & concidens prorsus, quodammodo destuat. Porrò cerebri anfractuum altitudo ac profunditas digitis, aut stylo venit indaganda, atq; ita etiam solo digitorum munere elatior callosi corporis sedes, & qui vtrinque hic cõsistunt sinus inquirẽtur. Simulatq; verò hos inueneris, vtrinque magnam cerebri

rebri auferes portionẽ, primũ magna & acutiori noua cula ſectionem per dextrũ, qui ad calloſum corpus conſiſtit, ſinum deducens, quæ totam cerebri partẽ ſinu illo ſuperiorẽ, à frõte ad occipitium vſq; ſimul in dextro latere adimat, pluribus enim reiteratis ſectionibus, operatio turpiter vitiatur. Ademptã cerebri partem in mẽſam ita repones, vt elatior dextri vẽtriculi ſedes in conſpectu ſit. Ea enim quã fieri precepim⁹ ſectio, dextrum vẽtriculũ diuidit, ſi modo rectè ſecundũ ſinum qui ad dextrum calloſi corporis latus viſitur, adminiſtrata fuerit. Dextra cerebri parte ad eũ modum ablata, in ſiniſtra idẽ quoq; (vt & ſiniſter quoq; pateat ventriculus) moliendũ eſt, per ſiniſtrum iuxta corpus calloſum cõſiſtentem ſinum facta ſectione, calloſo q; corpore quàm fieri licebit maximè immoto, diuulſoq;. Quandoquidem id poſtquã ſiniſtrum quoq; cerebri ventriculũ inſpexeris, videndo vẽtriculorum ſepto ſeu ſpeculo, ſenſim, & quã accuratiſſimè vbi vtrinq; cõtinua illi cerebri pars adẽpta eſt, ſummis vtriuſq; manus digitis modicè ęqualiterq; attollendũ venit. Septũ enim ſi ad eum modũ calloſum corpus erexeris, et dein candelam contrario eius quod inſpicis lateri (niſi illi clarior dies obluceat) adhibendã curaueris, euadet conſpicuũ. Iam calloſum corp⁹ anteriori parte, qua olfactus organorum interſtitio vicinius eſt, cultello à cerebro liberabis, & deinde id hac parte eleuatum digitis ſurſum trahes, in poſteriora q; diuulſum reflectes. Ita namq; elatiorem ſpeculi ſeptiue ſedem calloſo corpori, inferiorem verò illi cerebri parti quã teſtudini ac camerato aſſimilam⁹, cõnatã cernes. Cameratum autem (cuius nũc ſuperior ſedes vndiq; obuia eſt) obtuſiori ſtylo venit examinandum. Ac pri-

mum quidem ſtylus ad ſiphonis formam obliquatus camerato ex dextro ventriculo in ſiniſtrum mittetur: & camerati perpenſis lateribus, anterior ipſius pars cerebri ſubſtantiæ non procul ab olfactus organorum ſepto cõnata, cultello diuidetur, & digitis deinde elauata in poſteriora reflectetur, vt & ipſi⁹ inferior ſuperficies quę teſtudinis modo caua eſt, occurrat. Reflexo itaq; camerato, quî id poſteriori ſua parte velut ex dextro ſiniſtroq; cerebri vẽtriculo enaſcat, immiſſis ſtylis perueſtigabis, & deinde id in priſtinam ipſius ſedem repoſitũ longa ſectione diuides, aut potius cultello vniuerſum radicitus præſcindes, conduxerit tamen priusquã præſecetur, ſub ipſo ſtylum ad eam vſq; partem, qua ex quarto duræ membranæ ſinu vaſa ductusue, ad anteriores cerebri ventriculos ſub camerato pertinet ſubijcere, ac adamuſſim ipſius vſum conſtructionisq; rationem elegantiſſimã examinare. Statim verò atq; adẽptum, lõgaue ſectione diuiſum, ac poſtea vtrinq; diductum erit, attendes plexui à ſecundarũ forma χοροειδῆ: Græcis dicto, & ductibus à quarti duræ membranæ ſinus fine exporrectis. Ac proinde primum poſteriorem ventriculi ſedem ſtylo inquires, qualiter ſcilicet hæc ex poſterioribus deorſum in priora deſcendat, per illamq; arteria aſcendat, quę antrorſum prorepens, alterã eius ductus portionem aſſumit, qui à quarto duræ mẽbranæ ſinu in cerebrum ſub camerato proficiſcitur. Hunc enim recta ſupra cõmunem dextri ſiniſtriq; ventriculi cauitatem longius procedere obſeruabis, & deinde bipartitum verſus dextrum & ſiniſtrum cerebri ventriculum porrigi, tandemq; ab hoc ac cõmemorata vltimo arteria nuper dictum plexum efformari. Cæterum

cum hos

cum hos ductus ex quarto duræ membranæ ſinu prorepentes conſpicis, illi quoq; ſpectandi ſunt, qui tenui mẽbranæ & humiliori parti duræ mẽbranæ dextrã cerebri partem à ſiniſtra interdiuidenti, à quarto ſinu oſferuntur. Vbi enim hos inſpexeris, ductus qui à quarto ſinu ſub camerato in cerebri ventriculos pertinet, ea ſede cultello ſunt diuidendi, qua cõmemoratos efformant plexus. Hinc eleuati in poſteriora leuiter reflectẽtur, ne ſimul glandula quàm κωνάριον Græcis vocari diximus, auellatur. Hæc ſiquidẽ illis ductibus ſua ſede remotis, in cõſpectu iacet, verũ hæc tentanti ouillũ cerebrũ ad manum eſſe velim, quòd id glãdulã illã & cerebri teſtes, nateſq; apertius nonnihil quàm humanũ caput cõmõſtret. Glãdula hac in ſuũ locũ repoſita, digitis cõmunẽ dextri ſiniſtriq; cerebri ventriculorũ ſinũ, qui inſtar rimæ modo ſpectãti occurrit diſtendes, ac mox meatum quo pituita verſus peluim ex tenui membrana extructã defertur, vnà cum meat⁹ principio intueberis, qui ex tertio ventriculo cõmuniũe hac concauitate in quartum ventriculum pertinet, quibus inſpectis totam cerebri portionem cerebello incumbentem trãſuerſa in cerebro ducta ſectione adimes, id dumtaxat hîc præcauens ne ductus arteriaſue per poſteriorẽ dextri ſiniſtriq; cerebri ventriculorum regionem aſcẽdentes, vnà diſſeces. Apparet modo duræ membranæ pars cerebellum ab ipſi incumbente cerebri portione diuidens, & etiam illa quæ inter dextram cerebri partem & ſiniſtram ducitur: quapropter tempeſtiuum eſt, vt quatuor duræ membranæ ſin⁹ ſimul examines. Tertio itaq; duræ membranæ ſinui, quem dudum per longitudinem diſſecuiſti, plumbeũ inſeres ſtylum quem facile in

tres reliquos eius mẽbranæ ſinus hinc protrudes, ſi modo vtrinq; ad latera primũ, vbi cerebelli elatior pars oſſi proxima eſt, illum impuleris, ita enim dextrũ & ſiniſtrum ſinũ ſeu primum ac ſecundũ inuenies. Deinde ſi ſub radice durę mẽbranæ partis dextrã & ſiniſtram cerebri partẽ interuenientis ſtylum detruſeris, quartũ ſinum cõperies. Quo tamen eos videas exactius, acutioris cultelli mucrone longis ductis ſectionibus omnes ſunt aperiendi, & deinde cultello tota duræ membranæ pars cerebello ſuperius obducta, orbiculari ſectione ſecundũ os ducta venit preſecanda, aut ſectione ſecundũ longitudinẽ ducta, diuidenda, ac retrorſum reflectẽda. Vt cerebello obiter inſpecto, cerebrum denuo aggrediaris cõmunẽ dextri ſiniſtriq; ventriculi ſinum diſtendens, ac exactius pituitæ ductus immiſſo ſtylo examinans, vt verò cõmunis cauitatis ſeu tertij cerebelli ventriculi meatum in cerebri cauitatẽ porrectum obſerues obliquatum ſtylum meatui indes, leuiterq; in cerebellum concidere ſines. Stylꝰ enim grauior ſypho nis modo incuruatus, etiam non impulſus ſecundum meatus ductum, in cerebellum deuoluitur. Manẽte ad huc in meatu, ſtylo, digitis cerebellum nõnihil à cerebri teſtibꝰ dirimes, quoad ſcilicet ſtylum inter cerebellũ & teſtes ipſos intueari, tunc enim & præcipuè in ouis cerebro, quæ pars teſtibꝰ, & quæ natibus ſimilior ſit diſcees. Quod quum obſeruaueris, cultello teſtes ipſos nateſq; ſecundùm ſtylum diuides, vt meatus ille ex cõmuni dextri & ſiniſtri ventriculi cauitate ad cerebellũ porrectus euadat conſpicuus, pauloq; accuratius meatus à cerebro ad peluim pertinens, pituitamq; eò deducens, reddatur conſpectior. Poteris modò tenuem cerebelli mem-

membranã hamulo diſcerpere, & venam quę ab illius ductibus in poſteriorem humiliorémque anteriorum ventriculorum ſedem pertinet examinare. Quippè hanc reperies facilimè, modò illam iuxta anticę cerebelli partis cum cerebro connexum inquiſieris, qui præſentis venæ potiſſimum fit interuentu. Vt verò cortex cerebelli cum dorſali medulla cognoſcas, caput quaſi in faciem reclinandum eſt, & manu inter cerebellũ & duram cerebri membranam occipitis oſſi commiſſam, impoſita, cerebellum in priora, deorſumque detrahi debet, quouſque vniuerſum à dorſali medulla liberatum decidat. In ea enim adminiſtratione nihil obſtabit, quo minus venulas ductuſue ex primi ſecundique durę membranę ſinuum principijs, aut venis arteriiſque per tranſuerſos ceruicis vertebrarum proceſſus repentibus, in cerebellum porrigi videas, ac dorſalis ex ipſo cerebro ortũ, formam, & ſinum cum cerebelli ſinu quartum efformantem ventriculum cernas. Deinde etiam repoſito capite, & cerebello in pronum poſito, ipſius intueberis ſinum, & partes quibus dorſalis medullæ cõnaſcebatur, & præcipuè ipſius reuolutionũ anfractuum ũe pulchrã imaginem, à quibus illico velut manu ducêris ad duos reuolutionum apices vermibus aſſimilatos, & veluti reuolutionum terminos per cerebelli medium ſecundum ipſius longitudinem deductarum. Atque id apparebit clariſſimè ſi per eam lõgitudinem vtrinque longa ſectione ad earum reuolutionum latera ducta, eas à reliqua cerebelli ſubſtãtia liberaueris, exectaſque inmẽſam exporrexeris. Ita nanque vn⁹ tibi apparebit vermis, illis quàm ſimilib⁹, qui veris tẽpore è ſalicib⁹ decidere ſolẽt, aut bõbicib⁹ priuſquã ſe

se folliculo includant: & adhuc multò magis quum iam aliquandiu inclusi fuerint, folliculum tamen non dum corrosere. At si vniuersas illas medias reuolutiones simul non abstuleris, & dumtaxat extrema execueris, duos poteris cõmonstrare vermiformes cerebelli processus, vnum quidem priorem, posteriorem verò alterum. Porrò non solum exectis ad hunc modum vermiformibus processibus, ipsorũ imago examinanda venit, verùm etiam quando cerebellum à dorsalis medullæ initio auellitur, ipsorum vsum præcipuo studio expendere cõduxerit: Inspectis itaq; cerebelli partib⁹, neruorum paria inuestigabũtur. Quod vt fiat ocyus, manu inter cerebrũ & frontis os inserta, cerebrũ sensim attolletur, vt primum à plerisque vocatum cerebri mamillarem processum, & dein olfactus organo seruiẽtes videas processus, qui è suis sinibus stylo quopiam aut digito veniunt euellendi, & vnà cum cerebro sursum in posteriora flectendi: in quo opere caput non inutiliter in occiput reclinabitur: ita enim reuolutum eorum processuum ortum pulchrè ostendet. Atque hic pariter in conspectum venient visoriorum neruorũ principia, & eorundem cõgressus, & sub illis peluis cerebri pituitæ expurgandæ parata. Mox & arteriarum in durę membranæ amplitudinem ingressus occurret, quæ partim in tenuẽ absumũtur membranam, et partim in dextrum & sinistrum cerebri ventriculos properant. Vt verò exactam earũ arteriarum seriem spectes, & hic quoque tenuem membranam à cerebro diuelles, & ventriculorum terminos inibi in reuolutiones, non autem in olfactus organa visoriosue neruos finire, nihilq; minus quàm à vẽtriculis in ea organa pituitam excerni,

illisq;

illisq; ad octauum capitis os deduci. Nũc viſorios ner-uos à cerebro diuides, & totã ipſorũ portionẽ in calua-rię amplitudinẽ tibi conſpicuã, ſtudioſe reſecabis, ne nu per dictã pelui m ſimul auferas: ea namq; hac ad mini ſtratione tota occurrit, pulchreq; cernit, qui meatus ex tertio vẽtriculo ad hãc ptinet, & qualiter illa in glandẽ ceſſet, quę durę mẽbranę ſubijcitur, facileq; dilatato hic proprio duræ mẽbranæ foramine ſpectabitur. Cõduxe rit tamen membranam inibi rantiſper illęſam ſeruare, dum reliquos cerebri neruos examinaueris. Capite igi tur in ſiniſtrum latus reclinato, & cerebri parte quæ ad huc reliqua eſt, in ſuum locum vtcumq; repoſita cere-brum poſtea in ſiniſtrum latus deorſumq; reflectes, & ſecundi paris originem comtẽplaberis, mox minorem tertij paris radicem, qua diuulſa cerebrum adhuc ma-gis in ſiniſtrum deflectes, & mox tertij & quarti paris exortum intueberis, inſuper & quinti paris originem, quam ſimiliter diuidere competit, vt neruulum intuea-ris, qui iuxta quinti paris radicem principium obtinẽs temporali muſculo, & in ore delitеſcẽti maxillamq; at-tollenti offertur. Sextum quoq; par & ſeptimum eua-dunt conſpicua, ſi varijs ipſorum quibus ortum ducũt propaginibus animũ adhubueris. Cęterum cum paria hęc perquiris, ductus quoq; venarum modo ex duræ membranæ ſinibus in tenuem excurrẽtes obſeruandi veniunt, & neruorum exortib⁹ in ſiniſtro ſi viſum erit latere, ſimiliter adinuentis, quicquid dorſalis medullæ, aut cerebri in capite reliquũ eſt auferes, vt duram mẽ branam quà cerebri baſi ſubiacet, adhuc integram vi deas, & olfactus organorũ ſinus foraminulis peruios, & vndiq; egrediẽtes neruos intuearis, quibus inſpectis,

primi ac ſecũdi durę mẽbranę ſinuum originẽ,& in illo ſubeũtia vaſa examinabis,acutiori cultelli mucrõe ipſos aperiẽs. Ductus autẽ ſecũdũ duræ mẽbranę latera excurrẽtes, & in ipſi⁹ iuxta frontẽ baſi cõſpicui,vel citra aliã ſectionẽ ſunt obuij. Vt verò glãdulã,et quẽ diſſectionis profeſſores emẽũnt reticularẽ plexũ videas,animũ ad hibebis duræ mẽbranę foramini peluis infundibuliue mediũ excipiẽti,& adhuc peluis portionẽ ad natã habẽti,nõ negligẽs interim arteriã vtrinq; ad foraminis illi⁹ latera durã mẽbranã penetrãtẽ. Quę vbi obiter intuit⁹ fueris, acutioris cultelli mucrone ſectionẽ ex illo foramine vtrinq; ad arteriarũ vſq; tranſitũ duces, & labris ſectionum diſtentis,glandula ſeſe offeret, arteriæq; ad ipſius latus ſtratæ. Verum hæ magis reddent cõſpicuæ, ſi hamulis & acutioris cultelli mucrone, quàm poteris maximè duram mẽbranã hîc liberaueris, aperuerisue, ac ab arteria durã penetrante membranã plumbeum ſtylum ad ſoporariam vſq; arteriam in ceruice ad huc conſiſtentẽ impellas. Id namq; in homine factu promptum eſt,ſi modo tuis oculis Galeni nomine fidem derogare nolueris. Hîc enim quàm pulchra de reticulari plexu in hominibus cõmenti ſint hactenus omnes,obſeruabis potiſſimum ſi ouillum aut bubulũ cerebrum hîc quoq; ſectioni adhibueris. Praterea glãdulam ſua ſede dimouens, ac vt duritiem ipſius experiaris eandẽ comprimens, perpendes quid Gal. in mentẽ venerit, quòd per craſſiſſimã oſſis cuneũ referentis ſedẽ, quam ſpõgie modo peruiã eſſe ſcribit,pituitã ad palatũ colari cẽſuerit,& non potius proprios hîc pituitę & attracto per inſpirationẽ aëri ductus, foraminaq; non minima etiã indagauerit. Relicta modo interiori caluariæ ſede,

ſede,oculum aggredi cõuenit,ad cuius ſectionẽ huma nus,ſi recẽtius adhuc fuerit cadauer,ſuffecerit, alioqui enim bubul⁹ quàm nãciſci poterit recentiſſimus,ſimul quoq; operi adhibebitur. Primũ itaq; palpebrarum ,& deinde oculi muſculos,vt iam dictũ eſt ſuperius inquires,in quo opere neruorũ quoq; & venarũ arteriarumq; per oculorũ ſedem ductuũ habenda eſt ratio,ſecũdi dico neruorũ cerebri paris,& minoris radicis tertij paris. Quorũ ramulos facilè ad inuenies,ſi eos in pinguedine oculi muſculis obducta perquiſiueris ,& præcipuè ſi oſſa reſeruare nolens integra,ſerra frontis os ſuperiorem oculi conſtituens ſedẽ, inſtar trianguli prius excueris,& deinde primum neruos illos, & poſtea extracto oculo ipſius muſculos indagueris, aliàs enim oculus cum muſculis illæſo oſſe eſſet eruendus , acutiori cultro in ocuii circuitu proxime ad os ductis ſectionibus, vſq; ad nerui viſorij è caluariæ amplitudine quà cerebrũ continetur egreſſum , vtcumq; verò oculum euulſeris, conduxerit ſemper adhęreſcentẽ membranã quàm licebit vicinißimè ab oſſe dirimere, imò etiã ei⁹ portionẽ qua internã palpebrarũ efformat ſedẽ,oculo appẽſam ſeruare: vt interdũ adhuc intactis oculi muſculis,cultello acutiori ad iridẽ vſq; ab oculo ac ſicutem à corpore auferres,auellere,& deinde vnde ortũ duxit, cõſiderare poſſis: aliquãdo verò ipſam non niſi ablatis oculi muſculis aggredieris,ꝑpendẽs ſemp hanc totã anteriorẽ oculi ſedem,præter corneã tunicam ſeu pellucẽtem duræ tunicæ partem amplecti, illos verò totã poſteriorẽ,prꝑter portiũculã ab ingrediẽte viſorio neruo occupatã,Cęterũ oculo & muſculis & adhęreſcẽte mẽbrana libero,viſoriũ cõtẽplaberis neruũ , primũ venas arteriasq;

arteriasq; ſecundum ipſum ex cerebro in durã vſq; tunicã exporrectas, deinde portionem viſorij nerui longa ſectione deuides, & cultelli mucrone duræ cerebri membranæ, & tenuis membranæ portiones neruũ inuentes, & poſtmodũ nerui ſubſtantiã inquires, vt velut trium præcipuorũ oculi tunicarũ initia oſtendas, & deinde viſorij neruum ab oculo diuidas, vt nihil præter duram, ſeu exactiſſima quæpiam ſphæra appareat, ſpherã hanc ſummis digitis ſiniſtræ manus ita apprehẽdes, vt pollex quidẽ pupillã, reliqui autẽ eam ſedem in quam viſorius neruus implãtatur cõprehendant, dein dextra manu acutiori nouacula ſectionẽ quàm poteris longiſſimã in dura oculi tunica trãſuerſim duces, vt citra cõprehenſionem omnes oculi humores excidere poſſint. Hi enim hic ducta ſectione, oculoq; in dextrã manum aſſumpto, in manus ſiniſtræ volã ita ſunt demittendi, vt cryſtallinꝰ vitreo elatiorẽ locum habeat, negotiũ enim confunderis, ſi vitreꝰ ſuper cryſtallinũ reuoluatur, atq; id ne fiat vitabis, ſi cum in volã ex oculo humores prolabi ſinis, oculũ non admodũ à vola eleuatũ tenueris, et poſterior oculi pars, quà viſorius neruus inſeritur, volã magis reſpexerit. Suſceptis ad hunc modũ humoribus, et repoſita illa oculi parte ex qua humores prolapſi ſunt, manũ leuiter modiceue inuertes, vt aqueꝰ è vola ſiniſtræ manus profluat, ſoluſq; vitreus cum cryſtallino ſeruetur. Mox cõſiderabis tunicã palpebrarũ pilis quàm ſimilimã, quæ orbiculatim cryſtallino humori cõnata, anteriorẽ vitrei humoris ſedẽ inueſtit integitq;. Tuniculã hanc cultelli mucrone à cryſtallino humore primũ diuelles, & deinde à vitreo ſubleuatã, ſupra chartã extendes. Cryſtallinũ humorẽ digitis ex vitreo quã

minimè

minimè compreſſum eximes, & vitreo in ſuum locum in charta repoſito, illæſum cryſtallinũ humorem ſcripturæ alicui primum impones, & deinde cultelli mucrone ipſius lateri modicè indito, ſcripturæ nunc altius, nunc dimiſſius accommodabis, qui omnia ſpecilij inſtar longè quàm ſint maiora reddat, conſideratu rus. Porrò ipſius tunicã quàm tenuiſſimè in cepis pelliculæ modo tenuem ac pellucidã, ſed duriorem eſſe diximus, ex ipſius primũ lateribus cultelli mucrone dirimere cõuenit, & deinde vnguib⁹ ab humore auulſam, in ſuum in charta locũ reponere. Vt verò cryſtallini humoris diſcas duritiem, poteris illum inter digitos præmendo confringere & poſtmodũ chartæ adhibere. Cæterum vt tres adhuc reliquas contẽpleris tunicas, oculi partem ex qua humores deciderũt, ſuper ſiniſtrũ pollicem euertes & ilico quę ex viſorij nerui ſubſtantia diſſoluitur, tunica ſeſe offeret, aut extenſa adhuc, aut vt plurimum ſolet inſtar muci collecta. Quapropter ſtylo rurſus venit extendenda, & quantam habet amplitudinem, cuiuſq; coloris & ſubſtantiæ ſit inquirendũ. Deinde rurſus erit colligenda ac deniq; à ſuo principio vbi dumtaxat firmatur abſecta, in chartam reponẽda. Iam interna vueæ tunicæ ſedes vndiquaq; eſt conſpicua, in qua primũ ipſius intueberis colores, deinde hamulo à dura ipſam diuellens, venarũ ex dura in illam tranſitũ & nigricantem ipſius colorem perpẽdes. Quum verò ad iridem diuellendo pertigeris, ipſius hîc contemplaberis ad corneam firmiſſimũ cõnexum, & pupillam, cuiuſq; coloris vuea ſit, qua à cornea abſcedit, atq; è corneæ regione cõſiſtit. Diuulſam hoc modo vueam, & à ſuo exortu vbi firmiſſimæ corneæ duræue cõmittitur

diſſectam

diſſectã,in chartã repones,& ſolãiam durã cũ pellucida ipſi⁹ inſtar cornu partẽ quã corneã vocamus contẽpla beris, ipſius examinãs craſſitiem & eam partẽ pelluci dã,poſtq; & hanc in ſuũ ordinẽ in charta locaueris, me moriæ omnia cõmẽdaturus, velut ab oculi centro ad extimã vſq; ſuperficiẽ & hinc rurſus ad cẽtrũ ſingula enumerabis, et poſtea niſi moleſtũ fuerit,miniſtrũ aggre dieris, à quo adhærentẽ mẽbranã & muſculos vt in dex tro adminiſtrabis,verũ in durã quę vueã ſimul penetret ſectionẽ,nullã duces,ſed quã minimè cõpreſſo oculo nouaculæ mucrone ſenſim ſectionẽ in dura molieris, non quę primo iniectu eam diuidat,ſed quę ſæpius ite rata,ad vueã vſq; pertingat.Sectioni deincepstenuẽ ſed retuſum ſtyliũ inſeres, ac ſenſim vueã à dura dirimes, vt iam cõmodè forpicula duræ tunicę ſectionẽ,quę or biculatim oculũ ambiat, illæſa interim vuea perficere queas,vt venarũ ex dura in vueã trãſitũ,& vuea poſt modũ diſſecta,humorũ ſitum paulò meli⁹ contẽpleris. Abſoluta oculi anatome, Auditus organũ ſi oſſa ſeruã da minus duxeris,erit aggrediendum,& primum auris natura euadit conſpicua,ſi à cartilaginea qua conſor matur ſubſtantia, cutis vtrinq; ſeparetur. At auditorij nerui proceſſus difficilius adinuenitur, ſerra tamen ma xima oſſis portione,quæ ſupra meatũ habetur,& dein de cultro fortiori,reliquo oſſe ad meatum vſq; execto, membrana in quam neruus degenerat,& huius orga ni oſſicula euadũt conſpicua. Si enim ſerra meatũ tetigeris,omnia viciabis,& cultro etiam ſubinde nihil pro mouebis,quod in anguſto & anfractuoſo meatu,mol lis tenuisq; neruus facile cum oſſibus diuellatur,contũ daturq;.Omnia tamẽ mihi percõmodè ſuccedũt,ſi ſer

ra totã

ra totã ossis partẽ, quæ audit⁹ organũ cõtinet, à reliq̃ ca luaria libero, & deinde trãsuersim validiori cultro, & os vniuersum imperu dissecto. Cõuenit autẽ ita sectionem moliri, vt ea ossis sedesquæ neruũ à cerebro procedẽtẽ primũ excipit, abillo separetur, cui auris cõnascitur. Rursus si ossa haud reseruãda putas, suaserim vt frontis os quà supercilia spectat, passim effringeres, sinũ illũ quẽ continet accuratè examinaturus. Idem quoq; in osse eum imitãte moliendũ est, vtipsius quoq; antra crebro apparẽtia, & quę illis cõtinẽt materia in cõspicuo sint. Operępretiũ est iam aliquid dicam de venis arteriis ac neruis, q̃ ad man⁹ et crura excurrũt. Primũ itaq; à summo humero ad pollicis vsq; vnguẽ in cute sectionẽ ad eo leuiter duces, vt carnosam mẽbranã non vulneres: deinde sectionis labris inuicẽ direptis, omni studio laboriosq; patiẽtia cutẽ à carnea mẽbrana ita auferes, vt adi pẽ omnẽ mẽbranę adhærere sinas. Studioseq; expẽdas, ne venã quampiã, aut neruulũ cuti cõnexũ sinas, & si forte aliquẽ ramũ cuti exporrectũ negligẽtia diuiseris, atq; cum cute aliquo vsq; à carnea mẽbrana seiũxeris, illũ à cute sedulo reseca, et carneę mẽbranę ita atq; prorepebat, obtẽdito, ac dein cutẽ q̃madmodũ cæpisti, admito, nullibi cutis aliqd, neq; in brachio, neq; in cubito, neq; in manu extrema relinquẽs. Iã venulas etneruulos obseruabis, durę mẽbranę quà brachiũ atto'lẽtẽ integit musculũ oblatos: dein primũ neruũ brachij, qui carnosę mẽbranę aliquousq; in externa brachij sede exporrigit dein ramulũ tertij nerui inter musculum brachiũ attollentem, & eum qui brachium pectori adducit, in carneã membranã hũc in anteriore brachij sede dissemina tũ. In posteriori autẽ brachij sede & inferiori regiõe externi lateris brachij neruorũ surculos expẽdes, carneæ

membra-

mẽbranę à quarto neruo brachiũ ingrediẽte deriuatos, ſimul cum ramo quem externæ cubiti ſedi obliquè offert. Mox ſexti brachiũ petẽtis nerui ſeriem vniuerſam expendes: ea em̃ tota carneæ mẽbranæ dumtaxat exporrigitur. Iam humerariæ ſecundũ internũ latus muſculi brachiũ attollentis egreſſum ſpectabis, & ramulos quos hinc inde donec cubiti attingat articulũ diſpẽſat. Ad cubiti autẽ articulum ramũ obſeruabis obliquè deorſum ad cõmunis venę conſtitutionẽ, ab humeraria diffuſum: dein eum qui ſecundũ radiũ in poſteriora cubiti ad paruũ vſq; fertur digitũ, axillaris venæ ramum ſibi aſciſcens. Ramũ vero quem humeraria rarius ad articuli cubiti profundiora mittit, ſi modo adfuerit, etiã citra ſectionẽ expendes, axillaris venæ portioni animũ accõmodans, quæ ſub media longitudine brachij carneam membranã ſubit. Hanc em̃ ramũ ad cõmunis venæ conſtitutionẽ promere cernes: dein alios ipſius ramos ſecundũ vlnam, ſeu inferiorem cubiti regionẽ ad brachiale ferri ſpectabis, & etiã animaduertes huius portionis ſoboles per interiorẽ cubiti ſedem variè admoduḿq; implicitè ad brachiale vſq; & manus volã excurrẽtes. Præterea cõmunis venæ ſeriẽ vniuerſam quoq; intueberis, ad ſecundi brachiũ petentis nerui propagines animũ dirigens, quæ ab illo producuntur, ſimulatq; in cubiti articulo carneam membranã ex alto adit: ad hæc ramum quarti nerui etiam ſpectabis, qui externæ cubiti ſedi ad brachiale vſq; ſpargitur. Neruos autẽ digitos implicantes, aliquo pacto etiam modo cernis, verum magis conduxerit, eos tum primũ expendere quũ radices ipſorum ad digitos vſq; perduxeris. Poſtq̃ itaq; hæc omnia, non reſecta adhuc carnea membrana diligenter

genter non ſine magno vſu ſpectaueris, carneã membranam vnà cum ipſi annexis venis & neruis à ſuccũbentibus muſculis auferes, ac mox muſculum, cuius beneficio brachium pectori adducitur, ad ipſius vſque inſertionem, ab illis quibus adnaſcitur partibus, liberabis, idem & in illo molieris qui brachium attollit, & qui ſcapulam mouentium primus & ſecundus habẽtur, dein clauiculam à ſummo humero reſecabis, & muſculum auferes à pectoris oſſe & clauicula mammillari capitis proceſſui inſertum, & eum qui à ſcapula oſſi .v. imitanti implantatur, & eum quoque qui à prima pronatus coſta, tranſuerſis proceſſib⁹ ceruicis vertebrarũ inſeritur. Cęterum quum hos adimis muſculos, parum curandum eſt, num illos auferas illęſos, parumq; vulneratos. Hic enim nõ muſculorũ, ſed vaſorum natura venit diſcenda: & perpetuò cauẽdum eſt, ne vas, non autem muſculus vitietur. Si itaq; ad hunc modum accuratè hos muſculos ademeris, in ceruicis vertebrarũ latere neruorũ radices ſeriesq; eleganter occurrent, qui ab illis proſiliunt vertebris: atq; ita etiã plexum neruorum in brachium excurrentium obſeruabis, à quo ſeriatim cuiuſq; nerui digeſtionẽ pſequeris. Ac primus occurrit, qui muſculo brachium attollenti præcipuè offertur, deinde ſecundus, & tertius, quorum ſeriem cõmodius ſpectabis, ſi capita muſculi cubitum flectentium anterioris illinc vnde prodeũt liberaueris, atque à ſubdito illi muſculo ad inſertionem vſq; ipſius detraxeris. Mox enim ita prȩter ſecundi & tertij nerui ad brachium ingreſſum etiam quarti & quinti & ſexti nerui & dein arterijs & axillaris & humerariq; venarum ingreſſum adinuenies, ſenſimq; ſingulorum ſeriem

sequeris, quę in secundo neruo obseruatu est prompta, & tertij quoque nerui series ad cubiti vsq; articulū in propatulo est, vti etiam & quinti nerui & sexti. Quartus autem neruus, qua secundum brachij os versus externum illius tuberculum retorquetur, non occurrit, nisi obliquè secundùm nerui ductum musculos cubiti extensionis autores diſsecueris, neruiq; progressum ita vitiatis musculis persequutus fueris. Vbi autem hūc ad externum cubiti articuli latus vsq; deduxeris, ramos q; quos hactenus in progressu edidit examinaueris, musculis ab externo humeri tuberculo principium ducentibus, à sua origine liberatis, ramos quarti nerui expendes, qui illis musculis offeruntur, & eam sequeris propaginem quæ tandem externæ pollicis regioni, vt & indicis quoq; & medij surculos exhibet. Hanc eñ leui negotio reperies, si musculo attenderis bifido tēdine brachiale extendenti. Iam quarti nerui propago similiter inquirenda est, quę vlnæ exporrecta, ad brachiale vsq; excurrit, & musculis ab externa vlnæ sede initiū ducentibus surculos depromit. Vt verò reliquum tertij quintiq; nerui, & dein recōditę axillaris venæ portionis & manus arteriæ in cubito extremaq; manu progressum videas, musculorum ab interno humeri tuberculo originē sumentiū capita veniūt liberāda: ita enim in anteriori cubiti articuli sede venæ & arteriæ, & tertij nerui in cubitum ingressus occurret: & eleuato secundos quatuor digitorum articulos flectente musculo, ipsorū ad brachiale vsq; progressum etiam obseruabis, vnà cū quinti nerui (qui secūdum posteriora interioris humeri tuberculi in cubitū ferē) portione vlnę exporrecta, atq; sub medio lōgitudinis vlnæ ramū deducēte, qui in cubiti ex-

bitū exteriora reflexus, externæ ſedi paruī digiti & annularis & medij ſurculos offert: quem leui negotio, quū in ſuperficie propemodum ducatur, adinuenies: reliquū verò quinti nerui et tertij progreſſum reperies, ſi tranſuerſum in interna brachialis ſede repoſitum ligamentum diuiſeris, ac dein exiguo cultello venę arteriæ, & eorum neruorū ſeriem ad extremos vſq; digitos perduxeris. Cæterū priuſquam cruris neruos & vaſa inquires, etiam diligēter obſeruabis neruorū ex lateribus & thoracis vertebrarū profilientiū diſtributionem, quam tunc demum oportunè inuenies, quum ſeduló illorū diſtributione perlecta, muſculorū diſſectionē perſpectiſſimam habes, quà hīc non minus indiges, quàm ante muſculorum adminiſtrationem abſolutiſſima oſſium cognitione. Quum itaq; ad lumborū vertebras vſque deuentū erit, ab inguine ad pedis vſq; pollicem ſimiliter arq; in manu, ſectionem duces, cutem ad carneam vſq; membranam diuidens: vt dein vniuerſam cruris & pedis cutem illæſa carnea membrana, & venis, & arterijs, & neruis, inter hanc & cutem excurrentibus ad carneam membranam relictis, cōmodè (licet laborioſe) auferas, ac mox quatuor neruorū crus petentiū radices exortusq; inuenias, quos reperies neruos è lumborum vertebris & ſacro oſſe profilientes, ſecundū ipſorū ſeriem ſubſequēdo. Deductis autem ad crus quatuor neruis, primi nerui ſobolem obſeruabis, carneæ membranæ in externa femoris ſede exporrectā, dein ſecundi nerui ſobolem in anteriori femoris ſede ad carneā membranā diffuſum: atq; hīc venam obſeruabis per femoris & tubiæ interiora ad pedis vſq; ſummum ſimul cū illius rami ſobole exporrectā. Tertij nerui ſobolem

carneæ membranę oblatam inuenies, ſi inguini animũ adhibueris. Vt autẽ quarti nerui ramum in carneam membranã diffuſum inuenias, primũ femur mouentiũ muſculũ ab ilium oſſe & ſacro coccygeq; ad inſertionem vſq; liberabis, moxq; quarti nerui truncũ eumq; ramum ſpectabis. Quo inuento, etiã ramũ quarti nerui in carneam membranam iuxtà poplitem, femorisq; humiliora diffuſum abſq; ſectiõe inquires, & dein quarti nerui ramos tibiæ cuti multifariam ſimul cum venis depromptos in carnea mẽbrana perueſtigabis. Et mox ad inguina reuerſus, primi nerui ſeriem in muſculis occultatam cultello per muſculos quæres, quod in ſecundo & tertio facies: quanquam cum tertio etiam arteriæ & venæ propagines inueniendę ſint, quæ per pubis oſſis foramen in femur delabuntur. Venam autẽ & arteriam inſigniores femur petentes diſſectis vitiatisq; muſculis ſenſim adinuenies, & ipſarũ obſeruatis ramis, progreſſum eorundem ſequeris, quà ſecũdum femoris oſſa retorquentur, ac poplitem vnà cum quarto neruo adeunt. Atq; vbi tria hæc, venam ſcilicet arteriam & neruum repereris, quî in poplite diuidantur perueſtigabis, & muſculis ligamẽtisq; variè diſſectis vniuerſam ipſorum ſeriem diſces. Nunc oportunũ eſt vt tandem finis imponat inſtituto ſuſcepto, eadem vt in reliquis ſequutus breuitate, quippiam dicamus de organis ſpeciei propagandæ famulantibus.

Ad humanæ fabricæ cæteris omnibus præſtantiſſimę conſeruationẽ ſua ſaltem ſpecie, rerũ omniũ opifex ſummus duos extruxit hoſtes, Marem qui principiũ porrigeret, fœminã quæ ipſum cõciperet, ac enutriret vt ſui corporis partem aliquã, tantiſper donec validior redditus in

tus infans, in auram hanc prosilire iure posset, huic ergo functioni nõ planè infimæ cõmoda instrumẽta eorum vterq; obtinuit. Vir duos testes nanciscitur. Cute illa vera, quam hic scortũ crebrius scrotũ dicimus carneaq; membrana obductos, atq; propria alba substãtia extructos quam valida proximè cõtinet mẽbrana Græcis ἐπιδιδυμὶς, dicta, eorũ quæ testibus applantãtur insertionem excipiens, vtriq; testium peculiare inuolucrũ constituens, quibus alterum accedit à peritonæo inibi pronatum vbi id vasis seminalibus viam porrigit. Illinc namq; membrana oritur ea vasa cum teste continens, ac testi nusq̃ neq; seminalibus vasis, nisi vbi ex magna peritonæi amplitudine excidunt, connexa, Ad humiliorem testis sedẽ hæc tunica ipsius carnea parte tantũ adnascitur, quam testis musculũ diximus. Vasa seminalia sunt vtrinq; vna vena, vnaq; arteria, in dextra parte à cauæ caudicis anterna sede sub venarum in renes pertinẽtiũ exordio enascitur, sinistra verò parte, ab humiliori sede venę sinistrũ renẽ adeũtis ob id principiũ sumere creditum est, ne purũ sanguinem dextræ modo testi deferat, sed serosum potius qui sua acrimonia in seminis eiaculatione pruritũ titillationemq; excitet. Arteriæ verò ambæ à grandi arteria paulò inferius quàm dextra seminalis vena initiũ capiunt, ac dextra cauę caudicẽ conscendens ad dextram fertur venã vnà secum testẽ accedens, atq; cum vena antequam testẽ attingat, variè perplexa, corpusq; efformãs varicosum, sua basi elatiori sedi testis insertũ, ac ramulos intimo testis inuolucro exporrigens, multifariamq; per testis substantiam distributũ, quæ sanguinẽ & spiritũ ingenita ipsi vi & facultate in semen emutet. Quod semen confectũ à va-

ſe inſtar vermis teſtis poſteriori ſedi adnato, crapeoliq; modò implexo excipitur, hocq; vas iurſum ad magnã cautatẽ peritonei eadẽ via rediẽs, qua ſeminalis vena atq; arteria deſcẽdebant, teresq; euadit nerui inſtar, ac deorſum ad pubis os reflexũ, poſteriorẽ veſicæ ſedẽ accedit, ad quam vas à ſiniſtro teſte ſemẽ deferẽs etiam properat, quod dextro vnitũ vaſi, vnà ambo in veſicæ ceruicis radicẽ inter glãdoſum corp⁹ ceruici hĩc obnatum inſeruntur. Cõmunisq; vrinæ & ſemini meatus conſurgit, quo argumẽto cum lotiũ retinetur facile conijcies nãquid impedita ſit ea cõmunis via ſi etiã & ſemẽ nequeat eiaculari aut contra, is meatus deorſum non nihil ductus, ſurſum iterũ ad pubis oſſiũ ſymphiſim foris reflectitur corporibus penẽ extruentibus ſubnatus, vtrinq; enim exorditur à pubis oſſe vnũ neruei teresq; corpus, quod int⁹ fungoſum craſſoq; ſanguine turgẽs cernitur. Vtrumq; vna cõgruens penẽ conſtituit, eius ſubſtantiæ ope erigi augeriq; idoneũ vt ſemen in muliebre pudendũ ritè eiaculari poſſet, aliàs flaccidum ne eſſet impedimẽto, qui etiã ad cõmoditatẽ veneris maiorem, ſuo capite glandis inſtar prætumet, ac cute qua tegi retegiq; poſſit (præputiũ vocãt) decoratur. Mulier verò vterũ habet fœtui cõmendo dicatũ, qui inter rectum inteſtinũ veſicamq; repoſit⁹, veſicæq; modo fundo ac ceruice vtriſq; tendi ac in ſe cõcidere idoneis extructus, laxis mẽbranis carneiſq; fibris quibuſdã interextis, quarũ auxilio vterus voluntariè quippiã agitur, iſta ſuis lateribus peritonæo colligatur, vt meſenteriũ inteſtina continet, forma fundi haud prorſus rotunda, verum anterius poſteriusq; depreſſa, ſuperius obtuſa, duoſq; retuſos oſtendens angulos vtrinq; vnũ, qui vi-

tulorũ

tulorũ iuuenculorũ fronti cornua iam producturæ assi
milantur, fundo ſimplex adeſt ſinus fundi formę omnino reſpõdens, in os definẽs, glãdis penis modo in vteri ceruicis amplitudinẽ prominens, ſeſe referans & cõſtringens quadã vi inſita natura omnino præter mulieris arbitratũ, fundus ſimplici propriaq; cõſtat tunica: ad modũ craſſa vt gerentibus ipſis in multã amplitudinẽ extendi poſſit, cui alia obducitur à peritonæo initium ducens: at vteri ceruix teres eſt, atq; in non gerentibus aliàs non diſtenſa, nõmulto min⁹ ipſo fundo ampla, veſicæ ceruicis inſertionẽ excipiens, coriaceiſq; carnibus, colliculis aliſue ad ſuum orificiũ ornata. Porrò vtero vtrinq; vnus accũbit teſtis, cui vt in viris vaſa contingũt ſeminaria eodẽ prorſus modo ducta, prętereq; quod hìc media tantũ ſeminalis venæ arteriæq; pars teſti offertur, altera fundũ vteri implicante: vas verò muliebre deferẽs ſemen impẽſe aquoſum in obtuſum ſui lateris angulũ inſeritur. Item venæ ac arteriæ frequentiſſimæ præter diſtas, vterũ implicantes, ab illis prodeunt vaſorum diſtributionibus, quę poſt ſacri oſſis ad infimam lumborũ vertebrã nexũ perficitur, quę vaſa nutricationi fœtus & eius calori recreãdo ſubſeruiũt. Fœtus verò vtero occluſus trib⁹ contegitur inuolucris, vno vulgo ſecũdæ vocato, Greci χόριον, vocãt, quod inſtar lacinioris tantũ cinguli ipſum fœtũ ambit, inſigniter nigricãs lienis modo atq; impenſe craſſum: quod vtero cõnatũ vaſa in vterũ repentia excipit: quo illa in ipſo collecta, duab⁹ venis totidemq; arterijs in vmbilicũ inſerãtur, ac tandẽ vna vena iecori, duæ verò arterię magnæ arteriæ propaginib⁹ per pubis oſſiũ foramina deſcẽſuris offerãtur. At ſecundũ inuolucrum membrano-

ſum vniuerſum fœtū amplectitur, farciminisq; imagi-
ni cōparatū, inter ipſum et teruū inuolucrū, fœtus vrinā
colligens, quę peculiari meatu ex veſicę elatiori ſede in
hīc amplitudinem defertur, quomin⁹ vrina fœtus cuti
perfuſa ipſi⁹ acrimonia offenderet. Tertiū verò inuolu
crū tenuiſſima eſt menbrana, agnina appellata propter
tenuitatē, fœtuiq; proximè obducta, ac demū fœtus ſu
dorē inter ſe & fœtus cutē liuido quaſi luto oblitā aſſer
uans. Fœtus verò in lucē productus, familiare alimētū
lac ipſum è māmis à nemine edoctus ſugit, quę in pe
ctore inſidentes, atq; papilla ornatæ, glāduloſo corpo
re vi inſita natura, ſanguinē p venas ipſis delatū in lac
cōuertente extruūtur, ſicq; rerū humanarū opifex ſaga
ciſſimus, Deus Opt. Max. q. non ſolū ad viuendū, ſed
ad cōmodè viuendū corpus noſtū corruptioni obnoxiū condidit, vbi niſi breuitati ſtuduiſſem & Gal. autho
ritas me nonnihil adhuc remoraretur, ſaltem leuiter ea
quę in vniuerſa enarratione admodū multa ab ipſius
placitis deflectunt indicāda erant tibi, vt inſtituto pro
poſito omni ex parte ſatisfactū eſſet, id tamē ego cu
rabo fiat aliàs p otiū. GAS. oportunè colophonē enar
rationi addidiſti, nam quātū intelligo ex ſuſurris famu
larū diu eſt quod cœna corrūpitur, ſi placet accedamus
cœnatū. AND. Lauemus primū de more & ſi manibus
non contrectatum ſit cadauer, quo nomine lingua po
tius abluenda, quod prætereq; quod habeo iam ex cōſue
tudine admodum familiare antequam menſæ acce
dam ſingulis diebus, nunc fiet lubentius, quod ex
multiloquio nimis multā ariditatē ſcabritiemq; cōtra
xerit, nunc iam hilariter accūbamus leuiter cœnaturi.
GAS. Accūbe obſecro, tibi debetur prim⁹ locus ſatisfa

cito

cito abundè corpori vt & meo in anatomẽ ſtudio, nõ enim placet quod dicis leuiter eſſe cœnandũ. A N D. In præſentiarũ ſaltẽ conuenit leuẽ eſſe cœnã preterq̃ quod natura paucis minimiſq; contẽta & parſimoniç à multis dieb⁹ aſſueſcere occœpi. G A S. Cenſes ergo nõ eſſe liberaliter cœnandũ, aut hoc eſſe condonandũ conſuetudini. A N. Multũ eſt dandũ cõſuetudini vt & naturę nãeandẽ ferè vim habere videtur & ita vulgus conſuetudinẽ alterã naturã vocat nõ equidẽ ineptè, quod ſi ea abſit tunc velim hoïes ſanos bis die comedere idq; affatim dicẽte Cornelio Celſo Latino planè Hipp. etſi viſum ſit quibuſdã lautiorẽ debere eſſe cœnã ipſo prãdio vel Hipp. & Gal. authoritate multis rationibus ſuffulta & corroborata planè efficaſiſſimis. G A S. Quid ergo ad Gal. & Hippo. A N D. Nõ eſt admodũ arduũ ipſorũ ſentẽtijs ſatisfacere namq; hoc nemo præterit, ipſis omnibusq; ſui tẽporis hominib⁹, longè diuerſam fuiſſe victitandi rationẽ à noſtra ac regionẽ & temperamenta vtrorumq; tum etiam alimentorũ non tantũ ad noſtra accedere quantũ Romana, quare ut dixi id ſemp Cornelio credidi in ſanis, ſecus multo habet res in morbo quocunq; correptis, neq; inſanis aut laborantibus fuit vnq̃ vtilis nimia ſatietas, ſæpè etiam inutilis nimia abſtinentia, vt & etiam verũ eſt, facilius varios cibos ingeri quã concoquãtur tum ſanis tum etiam ægris omnibus, recreariq; nos magis varietate certo ſcio, nõ tamen refici, quin potius contra cenſet Hippo. lib. de flatibus, neq; hoc eſt præter Cornelij Latini Hipp. ſententiam, namq; etſi victitandi rationẽ variã in bene habentibus præſcribat, quos nullis legibus medicis obligari cupit, ſemper tamẽ cum Hippo. Græco ciborũ varietatẽ arbitratur ſuſpectã. G A S. Cibus ergo tibi appone

tur parcus & simplex, iusculũ aliquod defer puer. AND. Id erit mihi saluberrimũ, facile enim humidiuscula con coquuntur iuxta Hippo. dictũ facilius nos impleri potu quàm cibo atq; ab iis vnumquemq; in prima mensa debere exordiri certũ est, inter cœnandũ tamen (quandoquidem verborũ aliquod condimentũ cœnæ etiam accedat oportet) vis me tibi id explicare quod olim quamprimũ veneram, redditurus meorũ quorũcunq; studiorum rationẽ publicè de more de ratione victus ægrotantiũ in præceptorẽ nostrũ celebratissimũ illum Ioannẽ Manardum animaduerteram, in quo argumẽto planè vtili admodũ multa eram meditatus? GAS. Vel eo nomine quòd cũ eruditissimo Manardo habita sit contentio, futurũ est mihi quàm gratissimũ. AND. Audi ergo.

Ab omnib⁹ recepta sentẽtia erat, vulgatissimaq; opinio, parsimoniæ quam satietatis crimen longè grauius esse, sicq; vtriq; docti pariter & indocti, sanos ægrosq; copia quàm inopia malebant afficere & offendere, rati cõtra illius nostri Latini pariter & Græci Hippo. sententiam repletionẽ ferè innoxiam, cõtra inediam pernitiosam periculosissimamq; quod Ion. Manardus vir ille incõparabilis. Dum vt alia pleraq; libero æquoq; animo de more diligẽtius expenderet, existimans perpetuò id è re sua esse. Veritatẽ rerũ dominam è latebris quibuslibet eruere atque ab iniuria quauis asserere. Primus vulgatæ sentẽtiæ falsitatẽ subolfecit, ac refutationem acriter instituit, ductus Hippo. cuius tãtus erat admirator & perpetuus excultor diligẽtissimus vt & oculatissimus, sentẽtia, atq; iuí Gal. lib. 2. com. in Hippo. De morborũ acutorũ victu eiusq; ratione, contrariamq;

diamẽ-

diametro ſententiã inuexit. Parſimoniæ diſcrimẽ minus in quibusuis contendens. Quæ ſententiarũ varietas & pugnantia ſanè periculoſiſſima cẽſenda eſt, non enim agit de re quæ vtriſq; æquè fæliciter ſuccedere poſſit, vt ea pleuritidis cõtentio plusq; morotã ocioſiſſimaq;, nedicã ridicula ac planè indigna feliciorib⁹ ingenijs, agitur enim de alimẽto hoc eſt vniuerſi corporis omnium q; viuentiũ partiũ ſubſtãtia reponẽda loco collapſæ. GAS. Ante Manardũ ergo omnes liberaliores, omnes curioſius curabãt cuticulã quàm in anatomicis dicebas, Manardus parſimonia vultus Hippocraticos cũ ſuo Hippo. affectauit. AND. Citra iocũ & quantũ fieri poterit ſerio dicã quib⁹ rationibus vtraq; opinio vtebatur, habẽt enim vtriq; ſuos locos, ſua teſtimonia atq; argumenta aliũde petita, vt plane addubites vtri ſententiæ potius fauendũ, adiudicandum q; calculũ. Totius cõtrouerſiæ occaſio ex Hippo. dimanauit, atq; perplexa Galen Hippo. cõmentatione, Aliud enim quintus primi libri Hippo. Apho. & Galen cõmentatione, Aliud ſecũdi libri de ratione victus in acutis apho 19. & eius cõmentarius præ ſe ferre videtur, vbi oportebat maturiſſimo cõſilio primo expẽdere & verè cõmentari atq; intelligere quid ſibi voluerit heros ille Hippo. quam mox altera tantũ ſententia ſimpliciter expenſa, ſecundũ ipſam intrepidè pronũtiaſſe alterius falſitatẽ aut cõtra, ſicq; mihi ſemper pſuaſum habui vtroſq; deceptos fuiſſe, namq; vt breuiter dicã atq; iterũ quod in vtroſq; adhibito tamen candore iam dixerã in ſchedis illis quas tunc medicinæ ſtudioſis malè cultas propoſuerã in templo diuæ virginis diſcutiendas, Neutrũ verũ, ſi ſimpliciter intelligi velint, arbitror, vt & neutrũ falſum ſi certis

quibuſ-

quibuſdã finib⁹ cõſcribatur, cæterũ vtrobiq; duos illos heroas Gal. & Hippo. breuius quiddã intellexiſſe, quam vtraq; cõmẽtetur hæreſis, variorumq; ratione vtrumq; habuiſſe, ipſis in locis inter ſe dimicantib⁹, nimirum vt varia eſt rerũ humanarũ conditio, neq; idem ipſarum hominumq; ſtat⁹ aut morbi gen⁹. Id ſatis indicat apho. 5. lib. primi, in cronicis morbis ſermonẽ inſtituẽtis, & facta collatione cum bene habentiũ cõſuetudine, ac tandem vltimo facta tantũ mẽtione acutorũ molliorũ, qui lõgiorib⁹ quodãmodo accedũt, quib⁹ tantundẽ victus tenuis eſt maxime exitialis. Nequaq; inquit Gal. peracutos his cõplexus eſt, quãdo tertia ab hac ſentẽtia alio qui cõtraria, haud quidẽ tenuẽ, ſed tenuiſſimũ illis præſcribẽdũ cenſet, quod ſit accõmodatiſſimum: cõtra vero cum alibi parſimonia ab Hippo. cõmẽdatur, de morbis acutis tãtũ eum loqui, vel libri inſcriptio de ratione victus acutorũ abũdè ſatis indicat, neq; id Gal. diſſimulat aut occioſè prẽterit, ſubijtiens, in morbis pſertim, acutis, plenitudinẽ eſſe difficiliorẽ. Tamen ſi placet quãdo quidem ſemel occœpi perſequar, quantũ vtraq; hæreſis laboret, dum ſe ſtabilire cõtendit, refellens primũ primę hoc eſt cõmunioris rationes atq; decretum. In primis haud quidẽ temere Hippo. cũ ſuo Gal. de acutorũ morborũ victu rationeq;, cõmendant præcipiũtq; oppoſitũ. mox crimẽ quod in acutioribus ſaltẽ morbis ex tenuiori quã par eſſet victu cõrigerit, facilius penſari ſarciriq; poterit, cum alterũ ferè ſit irreparabile, id quod facile eſſequuturus, dũmodo adamuſſim primũ expẽdas plenioris partioriſq; cibi rationẽ, item mitioris, ſæuioriſq; ægritudinis naturã & ſtatũ: neq; enim hìc ac illic ab eodem expẽditur ſperaturq; diſcrimẽ & periculũ: in acutis enim

enim tantũ ex morbi ſæuitia, in longioribꝰ ex virium magis lapſu, lõgi enim morbi diuturnitate atq; importunitate moroſa offendũt non æquidem furore, cõtra acuti, ſicq; ſubinde in vtriſq; intercipitur vita, tamẽ lõgè diuerſa de cauſa, vnde & Gal. 4. primi lib. apho. cenſet, in longis fouere, in acutis verò debiliores tantũ, ſaltẽ magna ex parte ſeruare ſatis eſſe, neq; aliter victus varietas varia inferre poteſt cõmoda & incõmoda. Tenuis vnà cũ morbo vires extenuat, Plenus & morbũ & vires, pmouet fouetq; In acutis ergo morbis haud quidem vt illi arbitrantur tenuitatis periculũ grauius eſt, quin potius redũdãtiæ vitiũ pernitioſiſſimũ. Hic namq; cum nõ tam à virũ collapſu atq; imbecillitate, quàm à morbi ſæuitia periculũ interitus pendeat, non eſt vſq; adẽo graue crimen, ſi tenuitate victus nonnihil vires demoliant dum ſic morbꝰ miteſcat magis euincaturq; facilius à natura ipſi ferme tantũ intenta morbo, neq; inediæ importunitate vires tantũ decident, vt breuiſſimæ ęgritudini ſatisfacere non poſſint, nam vt viriũ robori tenuitate quidpiam demitur, Ita morbus dum luctatur cum natura nulli alteri intenta frequẽter ſuccũbit, quanto queſo grauius eſſet cumulatiori alimẽto viribꝰ obrutis penè crudũ aut ſemicoctum morbũ exaſperari potius, & ſi ipſæ nonnihil acereſcãt, quæ alioqui ſatis aut plus ſatis habebant facere, Periculũ proculdubio imminet, ne naturã ſuarũ rerũ ſatagentẽ morboq; vrgentiſſimo admodũ intentã, ad id quod gratius & mollius eſt quàm ſalubre prolectes, quo etiã natura tãdem impensè occupabitur potius quã promouebitur quicq̃, ſicq; morbus in ipſam obiter atq; ex inſperato ſæuiet magis, quod ne accidat nobiſum arbitrabere in

truculẽtiorib⁹ morbis longè minus peccari tenuitate, quàm importuna liberalitate crapulaúe, minus enim mali ad futurũ minatur tenuitas, idq; oportunũ admodum habere remediũ, siquidẽ ob morbi breuitatẽ ex redundãtia parcitate detrahere non licebit, quod exẽplo facilius cõdisces, corripiatur quispiã morbo peracuto cuius iuditium futurũ sit die septimo, indubiè si hunc tertio quartoq; et fortè vsq; ad sextũ liberalius cibo oneraueris, ridiculè crimẽ die septimo sarsiri posse cõiectabis, nullus enim relinquitur locus pœnitẽtię, sero admodũ sapis, nam interitu præoccupabitur æger strãgulabiturq; prius, quàm plenitudinis peccatũ emendes, obstrepet tamen aliquis nobis, crimẽ ex parsimonia grauius saltem vbi res pẽdere videtur ex viriũ imbecillitate venarumq; inanitione, quantũuis corripiatur morbo acuto proculdubio & hîc iuxta Hippo. parsimonię peccatũ est leuius multo, & si videatur impudentius, Neq; enim viriũ imbecillitas copiã ferre poterit euincereq;, vnde hoc maximè primorũ sententiam demoliri posse mihi si quid aliud visum est perpetuò, inquit Manard⁹, Ego verò hoc casu tenuitatis errorẽ dicerẽ longè grauius, neq; est impedimẽto Hippo. eo loci vbi tenuitatis errorẽ quodãmodo ridet, & neglig t. Namq; si diligẽter aduertas, alia est ibidẽ ipsius Hippo. cõparatio, verũ in acutis idipsum admodũ raro cõtingit, quamobrẽ consultius longè facturus es, si in plerisq; acutis sæuitiam morbi, victus tenuitate præcaueas, quàm si liberaliori victu ægrũ genio indulgere permittas, nam vel sequuta Gal. sententia lib. apho. primo. com. nono, vel in summo vigore morbi, licet elãguidũ et qui labascit vitę calorẽ cõmodo fomẽto excitare, non inquam suffocare

aut

tut strãgulare, ne cum rudiorib⁹ præposterè intellecto Hippo. lib. 2. acutorũ, aut eius neglecta sententia, vbi lõgo iam tempore venæ cõciderint, & flaccescunt, nullo adhibito iuditio, etiam in ipso æstuantissimo morbi vigore & statu vbi labor ingens, mox in plenius eruamus planè ex carnificaturi laborãtem, vbi nedum hoc grauissimum censendum est atq; admodum molestũ naturę, verum & reliquum eius quod antea iniquius ingestum est, difficile immedicabile ac capitale crimen est. Quippè, cuius oppositum alij contendunt, adijcere est vtcunq; facile fieriq; saltẽ potest, eximere vero prorsus impossibile, quare facile mihi persuadeo, eos qui temere aliud audent, frequenter ægros in extremam pernitiem rapere meramq; carnificinam exercere, huad equidẽ oppitulari suppetiasúe aliquas offerre, Neq; est quod verearis rem inusitatam ægrotanti inædiã ipsam insuetumúe in contrarium ac repentinum transitum, neq; enim huiusmodi quicq̃ offendet, nisi immodicus extiterit. ad hęc audias necessum est eos q intrepidè asseuerãt fuisse quosdã qui vitam sub exactissima inædia in duodecimũ vsq; diẽ pertraxerint, quibus sin minus istud credi velis, Gal. admittes vbi iuxta Hippo. in quibusdã peracutis quatriduanũ ieiunium probat, quod Gal. dictum suffulciri poterit ferè Cornelij Celsi latini Hippo. sententia, qua nunq̃ vtilẽ nimiã satietatẽ asserit vt dudum ex eius viri sententia dicebã, sæpè tamẽ inutilem nimiã abstinentiã, videtur indicasse, omniũ optimũ iucundissimũ & vtilissimũ esse, vtrumq; crimẽ subterfugere, Cæterũ cũ nequeat, nam vel Gal. subinde dicente, quod nec dici nec scribi potest quantitas exacta in vnoquoq; est, vel artificiosissimus id præstare, coga

turq;

turq; dubiè & perplexè loqui, ſecurior erit ad tenuem quàm ad liberaliorem propenſio, ſicq; primæ hæreſeos authores mihi videntur deliraſſe prepoſterè admodum intellecto Hippo. aut nimis negligèter expendiſſe eius viri quodāmodo pugnātes ſententias.

Ioannes ille Manardus iuxta vetus prouerbiū incidit in Scyllam cupiens Charybdim fugere, cūſanis & duplici genere morbi afflictis vtriſq; vnā victitādi ratione prēſcribat, quū alioqui diſſidiapaſon diſſideant, atq; acutis, longisq; morbis cōtraria fermè inſint omnia, & viriū robur & morbi ſæuitia, de morbi malitia nemo eſt qui neget, aut poſſit etſi velit ambigere, de virium ſtatu & robore partim iam diximus atq; vlterius ſtabilietur Gal. duplici teſtimonio, quippè eo Apho. Hippo. cū morbi inchoant &c. luce clarius aſſerit, licet animalis facultas ſit fatigata reliquas tamē duas in ſtatū vſq; robur huad quidem amittere, altero quidē circa eum Hippo. locū, quæ lentè extenuantur corpora &c. vbi in longioribus viriū facultatē et ſolidarū partiū robur extenuari indicat, atq; ob id in longis potiusq; alijs, victus liberalioris habenda ratio, inædiamq; multo magis debere eſſe ſuſpectā, vel ob id quod morbū etſi molliorē atq; ignauū, neutiq; tamē negligendū vlterius perferre cogatur. Ob quas ergo cauſas haud quidem quod fit in acutioribus, tenuitati indulgendū in longis, imò contra potius aliquid liberalitati condonabimus, nō enim ad vires, cęterū ad morbi ſæuitiā & truculentiorē naturam in acutis operæpretium eſt animaduertere atq; ad eadem, tenuitatis vtilitatē expendere peccatiq; noxam. Quare quandoquidē feruentioribus tardiſq; & frigidioribus oīa fermè inſint contraria. Contraria quoq;

ratione

ratione vtrosq; esse alendos nemo est tam cæcus mentisq; expers qui planè non videat, atq; in longis incertam dubiamq; plenitudinem ac liberalitatem victitandi tutiorem, quę & vires & morbũ quodammodo promouet, vt subinde Galenus docet, neq; hæc sentẽtia vel minima ex parte cũ Hippo. pugnat, quamuis secus Manardo videatur, q in exinanitis vt iam semel diximus, tenuitatis peccatũ etsi ridiculum magis & peccetur impudentius, tamẽ plenitudinis crimine, leuius asserit: nam primũ in acutis loquitur, adhæc nõ in vno sed in diuersis morbis victus collationẽ facit: vt tu ipse in Hippo. facilè animaduertes, ac tandẽ nõ quoscunq;, Cæterum rudiores dumtaxat videtur carpere errores, atque eius medici potissimum conditionẽ, qui incerta diuinatione potius q̃ artificiosa coniectura ægrorũ expendit naturam, hic tamen nobis visum est cum Hippo. eorũ tantum qui probabili quadam consideratione rem ipsam perpendunt, errata cõferre, namq; aliorũ dici nõ potest ruditatis error, atq; promiscuè alter altero maior esse potest: quare etiã mihi subinde visum est, Hipp. dixisse nõ simpliciter ἢ ἐν τῆσιν ἀδροτέρησι διαίτησι hoc est, in pleniori victu, sed adiecisse ὀλίγον ἀδροτέρησι, paulò pleniori victu. Ergo in morbis longis mediocriter exercitatos viros medicos, plenitudine quàm tenuitate securius erit errare, & quod ab ipsis ægris leuius peccatum feratur, & quod peccatũ facilius emẽdetur, namq; natura longi morbi importunitate afflicta, inediaq; cõsumpta vt in acutis, refertiore cibo vix sustinebit refici, neq; similitudinis exemplo decipiaris, non eñ in acutis eadem viriũ ratio, nõ eadem victus proportio, neq; eñ virium robur miseram parcamq; adiectionẽ tam mo-

leſtè ſuſtinet, quùm earundē imbecillitas liberalitatis nī-
mia onus & grauedinē, hic enim periculū eſt ne multo
onere obruat opprimaturq; vſq; ad interitū, atq; adeo
longè difficili⁹, quā vbi pleniorē tenuiore randē cōmu
tarit: neq; enim hic ſolū confert ſubſtractio vbi error
cōmittitur, verū vbi iuſtitia antea obſeruatur, hac eñ
occaſione morbo vſq; ad ſtatū properāte, incremento
natura incūbit acrius, quo ſalutarius nihil, in acutis id-
ipſum indubiè præſtaret, modo par temporis oportuni
tas, parē faceret futuræ reparationis copiā. Ad hæc etſi
inter acutos, lōgos numerari voluit, ſanos haud debeat
admittere, quantūuis eñ p fas & nefas ſe ab apho. 5. ex
pediat Gal. vlla ratiōe eſt reſpōſur⁹, q nihil verit⁹ nihil
definiēs inter alia, q̄re & in ſanis hic victus ſit magis pe
riculoſus, primū putauit, quod à tali victu natura debi
lior redderetur. Nam quē inſuetū ibidem aliquis tranſi
tum cū Gal. cauſabitur, & in plenitudinis interim erro
rē impinget, quaſi oppoſito ſacietatis delicto, aut om-
nino non offendatur, aut non tam manifeſtè ſolida vir
tus exenuetur, quod ſi ita ſit, nonne deliriū eſt, victus
parſimoniā crimine velle expurgare? Id idē rationibus
quāplurimis ſuffulciri poteſt, Namq; ſacietate citra gra
uē noſtri caſum atq; iacturā, paululū tñ opprimimur,
argumēto ſunt ætates atq; athlætæ alioqui robuſtiſſimi
parſimonia vero effœminatē relabimur, quod docet re
ſtitutio, longè eñ cōmodius eſt atq; præſentius, à redū-
dante nimiū tollere, quā exſolutum reficere, deinde vt
triſtiora huic incōmoda iminent, ita etiā, nedū æqualia,
quod ex Hipp. de cōſuetudine ſaltē intelliges, ſed & fre
quētiora ingruūt, quod fortaſis neq; vnq; ab eo vel per
ſomniū excogitatū, in promptu tamē cauſā eſt, quòd na-

tura

tura licet refertiore alimẽto oppressa, habet tamẽ stimulos quibus onus exuere satagit ac tandẽ deponat, cum alij vomitu, alij ventre subducto, sudore alij, nariumq; profluuio ab ingruentibus morbis spõte vindicẽtur. Id fortè rudioribus imposuit, quod dũ omnes iam turpiter crapulæ indulgere occœperint, cessarunt abstinẽtia pecare, atq; nihil non tentatũ est in crapula liberaliorisq; viuẽdi ratione, eoq; magis quod quando demũ latissimè cumulatissimeq; prodiga teneret ingluuies, nulla vsq; tenuitatis nota, ne dicã noxa superstes remãsit, sed ipsa verè mediocritas, tenuitatis cõtumelioſam appellationẽ est nacta ex vsu ne dicã abusu, atq; hinc variis modis, nõ tamen apud oẽs liberalitas culpatior haberi, ipsaq; parsimonia mutata frugalitatis cõmendatione, nõ pejus, nõ melius, cæterũ quã optimè multis nominibus bene audire cœpit, cuiusmodi illud est, sancta sobrietas, natura minimis paucisq; cõtenta, etsi vel liberaliori vel mediocri cibo optimè afficeretur. Contra inter reliqua quæ plenitudinẽ magis suspectã tenuitate fecere illud est, quod iactant, Ancipiti gladio plus ferit ense gula, ac si nõ crebriori periculo vel æqualib⁹ numeris contractũ tenuitatis peccatũ esset, si modo omnes perinde ipsa caperẽtur vt & luxu. Quod si Marnardũ audiamus qui aliquot nimia crapula promptius quàm parsimonia extinctos recenset, quod perquam rarũ est, expertũ tamẽ nõnunq; die atq; intra horã, licet iniqua fit comparatio, nõ enim vt summã crapulãita extremã inediã vna hora occludere potest, nõ pigeat ipsum semel ex nobis audire, qđ procul dubio lõgè freq̃ntiꝰ fit, inter mediocris vtrobiq; criminis homines, hos quàm alios breuius emarcescere, nouit enim Erisithonem aé

alios plerosq; cõtabuisse promptius, quã athletas & de bacchantes crapula interijsse. Quod si hæc negligat, popularis aliqua fames publice grassata id elegãter docet, namq; nisi mente captus fueris rudissimusq; eã quæ ex infami annonæ charitate cum ea quæ ex eius vbertate atq; copia ruina est, neutiq; cõponas. Quanq; & illã scio, non parũ ex ea quæ vna coincidit corruptionem differri, promoueriq;. Rectè ergo vt semper Hippo. docet, victũ tenuem atq; exquisitũ magna ex parte eo qui sit paulò plenior, magis esse periculosũ. Mediumergo cõmendandũ, cuius arbitror æquissimũ iudicẽ & terminũ, non cum desinunt appetere, cæterũ paulo ante, quoniã ventriculo inquiũt barbariores, id quod satis est, vel auidius adhuc cõtinente, nondum plurimũ saturantur reliquæ particulæ, postmodũ tamen succi satis hinc inde acceptũræ cõmodeq; perfruiturq. Id tamen haud quidẽ cõgruit cum ijs quæ libro. 4. Gal. de sympto. causis prodidit, nos ad inexplebilis quæ nunc est cupiditatis cõsuetudinẽ ad perditissimã rerũ luxuriẽ, id malumus referre, quare neq; optima temperatura, neq; illi proxima hic erit impedimẽto ac nos redarguer, quæ authore Gal. tãtum appetit, quãtum cõficere potest, neq; hanc viuẽdi rationẽ frigidior stomachus egrè ferret, qui valẽtius sub inde appetit, quàm concoquit. Longè minus calidior ventriculus eam patietur cuius appetitus breuior est ipsa concoctione, adq; de his satis. Reliquũ est vt Manardi cõmentationẽ apho. quinti paulò diligentius expẽdamus. Locus ille secundi libri Hippo. De ratione victus acutorũ Manardo indubie imposuit, quid enim non est aggressius, vt Hippo. ibidẽ tueret, tametsi satiusmulto fuisset, illic cum Hippo. breuius loqui atq; apho. vt

reliquos

reliquos cõmentari, namq; dum in altero loco Hippo-
nimis scrupulosè veretur, in altero eius sententiã cum
dictione nimis detorquet, turbatusq; haud quidẽ sibi cõ
stare potest, quemadmodũ illis accidit qui eo crassius
impingunt, quo altius rem inquirunt & scrutantur in-
tricatius, cõmẽtatur enim illos in tenui victu delinque
re, haud quidẽ vt verba præseferre videtur, qui in æqua
li victus breuitate cruciantur, cæterũ quibuscumq; ex-
traneũ aliquod accidit erratũ, dum tenui victu regũtur,
vnde & hic etiã eos qui æquã iustissimamq; victus te-
nuitatẽ seruant, indicari ab Hippocrate arbitratur, quando ij,
neq; aëris noxa immunes, neq; familiariũ iniuria indẽ-
nes euadũt. Cõmentitia indubie ac nimium puerilis ex-
positio, quam suspicatus quod reprehẽderetur refutatio
nemq; esse admissurã, merito sibi cõscius quantũ verbo
rũ Hippocratis significationem alio detorserit, exẽplo con-
disces, nimirũ qđ eos qui in religione aliqua districti,
interdũ peccãt maiori pena plectendos esse vulgus di-
cat. Mirũ profecto quod tantũ discrimẽ & differentiam
non animaduerterit. Non enim Hippocrates eos dilinquere
asseuerat, qui sub tenui sunt cõstituti victu, sed in tenui
victu ægros delinquere, hisce verbis Ἐμ τῇσι λεπτῇσι
διαίτῃσιν, ἁμαρτάνουσιν ἐνοσέουσι, Quare suo exẽplo
à sacrificulis sumpto nihil planè promouet Manardus,
nisi vlterius ex Latinorũ Græcorumq; cõsuetudine ma
nifestè doceat, Perinde eos dici in religione peccare, qui
alioqui nihil à suis legibus quibꝰ adstringũtur præscrip
tisq; exorbitant. Quod si pertinaciter cõtendat, vulgo
audiri in religione, dicamus libidine venerea, peccare
et ob id pœne plus mereri, sciat figura dictionis dictum
esse, qua per religionẽ eorum numerũ intelligimus qui

professionis certæ iugo onereq; cohibentur, Attamen non perinde dices in cõiugio aliquẽ peccare, dum furti aut læsæ magestatis crimen cõmisit, accusaturq;, Neq; ægros in tenui victu delinquere, dum calidũ aërẽ imbibũt, qui alioqui frigidior deberet esse, neq; enim hic alterũ alterius est causa, quin potius cõtra incõmoda aëris attractione ęgros delinquere, quod quàm ratio exigat, vel plenius vel parti⁹ victitẽt, quod planè nihil stultius dici potest, nihil magis puerile præsertim cum grauiter dicere instituimus. Denicq; quàmobrem in tenui quã pleno accedẽtes aliunde errores sint graviores, audirem libẽter à Manardo, quandoquidẽ vtrobicq; ipsos admittat æquales, plenitudinis verò, non solũ æquale sed simpliciter maius. Nam in religione siquis delinquens magis puniendus censeatur, est ob id, quia grauius conuincitur, vt in connubio, siquis parũ castus deprehendatur, pœna graviore mulctatur, qđ peccatũ magis effrene & insolentius censeatur, ficq; Manardus magis verè quam Hippo. dicere poterat, non crebro sed quibusdam morbis longis præsertim, tenui victu ægros magis offendi, extraneosq; errores vt sæpe contingũt quàm plurimi iniquius ferre, nimirũ quod tali victu natura, multis diebus collapsa, quouis irruenti facilius offendatur: at tum magis quoq; peccare, quod negat, nedũ lędi impensius dicere debebit, alioqui si plenitudine alibi vt subinde cõtingit longo morbo correpti multũ obtundantur, à quouis ingruẽte facilime etiã afficiẽtur. Cæterum nullibi magis quàm hic Manardus obstat, qui, vt diximus, nedũ plenitudinis sæpè peccatũ quàm tenuitatis grauius cẽset, sed qui præterea victus tenuitatẽ omni crimine asserere cõtendit, quod si perseuerer, cõdonemus

mus quẽ quærit orationis significatũ, nunq; ægros externis injurijs & offendiculis magis affici in tenui victu ostẽdere poterit: namq; haud video, quare qui æquã obseruant tenuitatẽ, cuius ipse est sententiæ, quàm qui in plenius ruunt, molestius prius enarrata incõmoda ferunt, nedũ enim tenuitatis iustitia nusq; solum illiberalis est, sed & plenitudinis æquitas nusq; sanè prodiga: qui in plenius relabuntur peius affi ciuntur, quã qui æquali tenuitate reguntur, quãdoquidẽ illis delictum & crimẽ vnà cum pœna geminetur, et ex refertiore victu & errore accedẽte. Verũ si ex æquo vterq; peccet, alter redũdatiore, alter partiore, quare externas incõmoditates hic acerbius patietur, nisi quia tali victu, vt iam sæpe diximus, per morbos præsertim longos, natura facilius collabascit, sicut rursus, ille in morbis vehemẽtioribus infirmi' externis incõmodis resistit, quod ibidẽ natura pleno prõptius victu obruatur. Ergo siue interuenientiũ casuũ aduertat importunitatem siue ipsius tenuitatis offensam & noxam, cõcedat nobis necessum est, in lõgis tenuẽ, in acutis cõtra plenũ esse magis pnitiosum: quare frustra perget alios errores aliũde expiscari, quãdo neq; ex ijs rem faciet cõspicuã, neq; ex sentẽtia Hippo. locos dimicantes cõponere poterit, si quidem præter ipsam victus tenuitatẽ nullũ grauius crimẽ adinueniet, quę quod multũ collaberentur vires multa fuit occasio: quò & ipse Manardus per suas ambages varias admodumq; perplexas semper mihi reuerti videt. Nugacissimè postmodũ, tacitè subandirũ aduerbiũ, magis, inverbo delinqui, negat, dum magis quidem oblædi, at nõ magis peccare admittit, quod si detraxeris præter Hippo. indubiè animũ, debilissimè hæret argumentatio, non

ne indigna Hippo. est hæc ratiocinatio (in tenui victu delinquũt ægri, ergo magis lædunt qui in tenui delinquunt, quã qui in pleno? Neq; satis stabilietur assumpta probatio, quicunq; enim error committitur magnus, maior in hoc fit, quã in paulò pleniore. Namq; hoc magis est, & robustius, ex sese cõclusum ducere, quàm concluſi cum assumptione vnionem approbare, expetitergo haud quidem minus hoc verbũ delinquunt, quàm hoc lædunt, aduerbio magis determinari, siue quod euentus criminis sit frequẽtior, siue fortuna maior, hæc tamen magis dialecticos spectãt, namq; profectò illud intelligi nequit, quomodo error possit esse grauior, nisi delictum maius fuerit, cum tamen iuxta Manardi sententiã æqua de illis annũciari liceat, oporteatq;, quod ea quiuis nisi prorsus mente captus parũ dissidere arbitrabitur, nec minus laborabit, in reddendis causis, quam obrem Hippo. cum sanis longos dumtaxat morbos in his apho. perstrinxerit, etsi enim ipse acutos cum lõgis indiscriminatim promiscueq; cõtulerit, ac in sanis, longisq; non secus quàm in acutis tenuẽ victũ potiorem cõprobauerit, crediderim haud quidem ab re Hippo. acutiores exemisse, neq; id temere Gal. ibidem admonuisse, in longis quidem vires fouendas, quod alimentũ modicũ præstat, in acutis verò modicè collapsas cõseruare quod fit victu tenui perq; eleganter, sicuti rursus in sanis pleno docuit augeri. Nequaquã ergo in omnibus eiusdem securitatis tenuis victus esse potest, vt hoc apho. abũdè indicatur, quod si Manardus pseueret dignitate abuti Hippocratica periculũ imminet, ne sic acceptus potiꝰ quàm aliter ab altera toties indicata sententia magis dissideat. At simplex veritatis oratio est, non ambigua,

bigua,integra neutiq̃ mutila esse debet, q̃ talis præsens esset indubie iuxta suũ institutũ ne dixerim somniũ intellecta,hoc pacto in audita.In tenui victu delinquũt ęgri, scilicet magis quàm in pleno, quo fit vt magis lædantur,tenui, quàm pleno. Quicunq; enim error cõmittitur magnus,maior in hoc tenui est.Hoc est,siqui à recta victus ratione exorbitant,multo plus errant,qui in tenuẽ,quàm qui in plenũ receserint. Verũ huc satisfaciamus oportet iis qui neutiq̃ parẽ pari, cæterũ magnum errorẽ paruo cõparandum arbitrantur,tum quod non simpliciter quicunq; error, sed quicunq; error cõmittitur magnus,dixerit,neq; plenior postmodũ vel multo plenior,sed paulò plenior,Attamem dicam semel quod sentio,non magis mihi videtur,magnus,ad errorẽ qui est in tenui,quàm qui in pleno referri,vt sic randem necessum sit dicere,Quicunq; enim error cõmittit magnus,in tenui atq; pleno,maior est,nẽpe grauior in tenui quã in pleno,siue in paulo pleniore,qđ scio haud displicebit,ei qui intelligit,ipsum in quo fit cõparatio vtriq; ex ęquo debere referri,id quidẽ impręsentiarũ est error magnus,institutũq; Hippo.est, errorẽ magnũ qui in tenui fit victu,ad errorẽ eundẽ q in pleno fit ex ęquo ex pendere,vere æstimãs illũ q in tenui fit magnus, quàm qui in pleno esse grauiorẽ, namq; si Hipp.magnũ dũtaxat parsimoniæ crimẽ,paruo redũdantiæ delicto cõparari voluit,proculdubio nihil se dignum excogitauit quis obsecro ignorat aut non videt quãtumuis cæcutiat,magnũ tenuitatis peccatũ,paruo plenitudinis errore molestius ferriꝰ frustrà sanè nos tantus vir rem tam nullius momenti admonuisset,cum contra etiam quicunq; dicere queat, magnũ satietatis peccatũ paruo te-

nuitatis errore deterius longè esse. Neq; si hoc censuit Hippo. se tantū torq̃re Manardus debuit quē hoc cogi tasse subolfeci vt locū hūc cū illo libri. 2. acutorū morborū cōponeret, sic namq; hac sententia intellecta nihil habet artis, vt qui hic sciamus Hippo. plenitudinē redūdantē tenuitati similiter cōparasse. Illic vero dissimilitē hoc faciet adhuc Manardus absurdius, qd victus tenuitatē dāno excusare laboret, nā quopudore magnū tenuitatis errorē magnū esse peccatū, modicaq; copię inquitate maius esse negabit? Cæterū Leoniceni interpretationē nō admittet, qui solus adiecerit, magnum, quod vel ob id videtur expungendū penitus, quod Hipp. nō reprehendat hoc apho. eos errores, qui rudioribus medicis contingunt, sed eorū tantū medicorū qui exercitatissimi & ratione perpetuò vtentes, subide proximè accedunt, tales vero nunq̃ errorē magnū videntur posse cōmittere, quasi vero Hippo. atq; Gal. ipse, viri exercitatissimi, ne tantillū vnq̃ errauerint, cū alioqui dicēte Gal. quod nec dici nec scribi potest, id quātitas in vnoquoq; sit, In his tamen non magnus, sed paruus atq; vix criminatione dignus, quia potissimum in rebus medicis, quod proximè accedit, vix abesse existimatur. Aliorū vero qui procul quidem, non tamen omnino absurdè & infeliciter hos eruditissimos imitātur, magnus profecto error iudicatur, verū qui in tenui quā pleno maior sit. Verū etsi leonicenū reieceris, haud quidem controuersiā dirimis, quando quidē idipsum præstat, particula quæ sequitur, paulò plenior, nō enim minus est quod indicat inter eruditos, quā illud magnum leoniceno ad iectū atq; vt diximus intellectū, nec etiā tenuis quouis pleniore periculosior est, sed solū paulò pleniore, non equidē pleniſſimo, in sanis adde morbisq; longioribus,

quod

qđ præcedente apho.indicatũ eſt expreſſe,ſic vt vtriuſq; hæc debeat eſſe vera & maximè veritati cõgruens ſen tentia.Victus tenuis atq; exquiſitus in morbis quidẽ lõ gis ſemper,in acutis verò in quib⁹ non cõuenit periculoſus,nẽpe in acutis qui molliores ſunt & magis ad lõ gos accedũt,quorũ victus lõgis proximus eſſe debet, & in alijs adhuc, vbi ex venarũ inanitione imbecillitas & labor omnis impẽdet,cuius occaſio & cauſa ſequẽti redditur apho.Qua in tenui victu quã in pleno,ſi quã do à iuſto in alterũ eorũ relabãtur ægri,delinquunt ma gis,impenſiuſq; hic lædũtur, quicunq; enim error cõ mittitur magnus,maior in hoc eſt,quàm in paulò ple niore,cuius tota ratio eſt vtriterũ dicamus,quod tota in hus periculi ſumma pẽdeat magis ex viriũ imbecillitate & collapſu,quã morbi ſæuitia, quàmobrẽ roborandis viribus,quã deturbãdo & demoliẽdo morbo imminuẽ do⁹q; plus opere ſtudijſq; debetur indubie, quarũ modica plenitudo liberalis nutrix auctrixq; eſt,quę ſi morbũ lon giorẽ differre poſſe videat,vires tamẽ tantiſper fouet & recreat attolliq;,vnde quamuis altera ex parte hinc ægri nonnihil offendãtur, ex altera multũ iuuãtur.Cõ tra parſimonia impenſius lædũtur vires, quàm quicq; promoueãtur,quod ea vires ſuapte natura deturbet,& virtuti quàm morbo plus detrahat,inſidieturq;,cũ illinc in hiſce hominum conditionib⁹ magis dãni immineat, & quia admodũ rarus eſt aliorũ ægrotantiũ ſtatus,raniſ ſimus inſequitur acutorũ euentus,non eſt veritus Hip po.breuiter de more omnia vnica ſentẽtia cõprehende re inquiens,victũ tenuẽ atq; exquiſitũ,magna ex parte eo⁹qui ſit paulò plenior,magis eſſe periculoſum,etſi tam prolixã verborũ relationẽ non tulit aphoriſtica breuitas,

hãc

hũc tamẽ apho. ſenſum vterq; apho. admittit cõtextus. Gal. verò iuxta ſuã lectionẽ apho. enarraturus, haud qui dẽ aduentitio aliquo errore, cęterũ à præcedẽte parſimonia naturã corruere debilitariq; aſſeuerat. Eorũ verò qui aliter legi volebãt, mendacẽ cõtextũ non cõqueritur, ſed inuit, naturã alimẽti inopia laboraſſe, atq; ideo imbecilliorẽ factã, nunc grauius longè plenitudinẽ ferre. quàm ſi à principio liberalius nutrita fuiſſet, vbi niſi prorſus ſis ſtupidus, vides Gal. victus parſimoniã maximè ſuſpectã, non equidẽ propter accedentẽ errorũ fortunã, quod cogitauit Manardus, cæterũ quia eiuſmodi victu natura perq; nimis extenuatur, eiuſq; noxa haud facilè reparet, imo ſi ęger medicus ue imprudenter oppoſita victus ratione atq; viciſſitudine crimẽ emendare velint magis indubie lædet æger. Quæ cum ita ſint mirũ eſt profecto quod vel grauiſſimi medici aliud cẽſent, atq; excuſata tenuitatis offenſa, ad neſcio quos errores cõfugiunt, ſanè cum diligentiſſimũ vt circũſpectiſſ. Gal. ab omni negligẽtia aſſerere conãtur, faciunt negligentiſſimũ qui eos errores ne verbotenus nobis indicauerit, ſed diuinãdos prætermiſerit, Anceps eſt locus atq; ſiquis alius animaduerſione digniſſimus inquẽ tam multi impingũt, neq; eſt deinceps cur Manardus Gal. fidat patrocinio, quo ſuã ſententiã ne dixerim errorem ſtabiliri ſibi pręuaſit, Namq; vbi Gal. quoduis delictũ cõcipiendũ docet, nõ quicquid ab ægrotãte peccat cõprehendit, tenuitatis enim errorem quemcumq; voluntib⁹ inuitisue ęgris ac ſuſtinentib⁹, audiendũ ſuadet, breuitatis eos accuſans qui ex his alteros tantũ cõplectẽbãtur, ſin aliter cõmenteris, neq; vnũ neq; ſimplex erit peccati genus, quod arbitratur Gal. non etiã duæ ſpecies,

des,quod altera cogitat hæresis cui posterior apho.con texus magis arridet,sed totidē erunt criminū genera, quod in nobis indies visunt malorū species & naturæ, neq; diuinari possum vtrū Manardus subolfecerit,suā cōmentationē hac ratione multū oppugnari labefactā riq;,atq; ideo aliā posterioris lectionis scripturā accīue rit,quod neminem à se vel psomniū excogitasse fateā & iactat,vbi neq; duo,neq; bifariā,sed plerumq; peccāt legitur,cæterū quantūuis laboret,Gal.non explicabitur, qui duplicis tantū ex illiorū sentētia delicti rationē enar rat,quos ob hoc,vt iam dudū diximus, solū expungit, quod eos,qui partim medicis obediunt, neq; clanculū in plenius ruūt,cōtinere non possunt. Quare aut vno tantū modo ægros peccare,sentire debebāt, aut bifariā cum Gal,nimirū quia rali victu natura imbecillior red ditur,neq; insolitū transitū sustinere potest. Duas ergo Gal.tantū delicti causas adinuenire poterit.Verū nos il lud quoq; addem⁹ si illi probe dixerint, ægros in tenui victu delinquere,quod postmodum clanculum plenio re aburantur, Manardum tamen non recte causari ægros in tenui victu delinquere,quod caldū aērē imbi bant,neq; em egregiè hæc cohærēt, Quare tota Ma nard⁹ errat via,qui eo iniqui⁹ aut aēris tēperiē,aut fa miliarē notat iniuriā,quo studiosius oēm fermē tenui tatis errorē,damno asserere contēdit, neq; merito bar bariores alia ex parte criminatur, quasi tenuitatis noīe parū sibi constātes,quādo neq; Hippo.ipse terna ab hac sententia in plenioris vocabulo, idem facere veretur, plenioē vocās,qui iuxta Gal.præscriptū & terminū, ne plenus quidē censendus est, tantū abest vt similiter ple nior dicatur. Insuper tenuitatis nomen & eū quē Gal.

ante

ante iuxta Manardū breuissimè definiuit, atq; oēm aliū in genere capiat, nedū vt Manardo visum est, ad viriū æstimationē, sed & plenioris cuius haud quidē parua est latitudo. cōparationē. Quid mali queso si de sanis loquuti per oēs tenuitatis acceptiōes liberi⁹ paulò grassemur? Indigna planè Hippo. sentētia, quæ religiosam illā tenuitatē plenitudine plus insidiari velit. Quis em̄ tam cęcus vt nō norit ptisanę succo magis demoliri, vires quā cibo solidiore, neq; tam angustè nobis Gal. victū tenuē pręscribit, quā Manardus sibi persuadet, quippè dū ptisanæ cremorē, tenuē victū statuit, totamq; ptisanā ei⁹ termino secludit, neutiq̄ tenuē victū in suo genere animaduertit, pacutorū quorundā ratione id tantū fecit, sed paulò ante fusius explicuit, dū oēm cibū qui vires demolitur, tenuē dicat. Qui neq; in oībus morbis hominibusue vnus idemq; cēsendus est, Quicūq; ergo siue in sanis ægrisue, breuior est quā vt vires in eodem statu conseruet, tenuis hic appellatur, vt talis sit sententia, Oīs victus quo vires labascūt, tū in sanis tū in lōgioribꝰ morbis, periculosior est, quā quo vires fouent̄ prouehūturq;. Constās ergo erit quod à principio diximus, Apho. quintū primi libri, sanos tantū indicare, atq; cū cronicis lōgisue morbis ex acutis diuturniores quosdā tantundē cōpræhendere. Alterā vero Hippocraticam verè sententiā huic prorsus contrariā. 2 lib. morborum acutorū, quod de acutis eo libro disseratur, De morbis præsertim acutioribꝰ audiendā, neq; hoc pacto Hippo. laconismus obscurior, neq; Gal. cōmentando negligentior, sed tota poti⁹ posteritas in his intelligēdis oscitantior. Sicq; finis imponet̄ enarrationi, vt & cœnę, integrū em̄ iam est vt cubitū petamus nimis em̄ sero est quàm

vt do-

vt domũ redire possim, iam em̃ ciuitatis fores erũt omnes occlusæ & sic animũ boni consules. GAS. Diu est quod tui animi erga meas res periculũ feci & quod is mihi innotuit candidissimus, potissimũ solet quandoq; mihi in mentẽ venire illius tẽporis, quo proximè vna fuimus & tam anxium solicitumq; habebat te cogitatio, tum officij, tum periculi mei, cũ illud genus ægritudinis sæuissimũ ac fermè in hac nostra ciuitate grassantem publicè quod Græcè κακοστόμαχον dici volebas eleganter & admodũ strenuè propulisti, illa Asclepiadea curãdi ratione, nimirũ tribus illis cõcomitata, quæ quamcunq; curationẽ decẽt, nimirũ vt tute celeriter & iucũdè absoluantur si fieri possit. AND. Multũ vterq; nostrũ laborauit in ea ægritudine demolienda, nec minus tibi veluti pręceptis artis obsequẽtissimo, quã meę diligẽtię deberi censeo. GAS. Heus puer ducito ad cubiculũ grãdius illud vtcũq; ornatũ, dominũ doctorem, ego interim precationẽ cõsuetam expediã. AND. Vale ergo in crastinũ, sit tibi fausta felixq; nox & precatio. GAS. Tu itidẽ vale & cura vt in vtrãq; dormias aurẽ.

FINIS.

ERRATA,

In epistola. pagina. 2. linea. 10. lege Hippocraticę. pag. 10. epistolæ linea. 2. lege inter ea. fol. 3. pag. 1. lin. 6. lege. ἀγῆται. fo. 4. p. 2. l. 2. lege. præceptores. l. 25. lege nostris. f. 5. p. 1. l. 1. lege parte. p. 2. l. 6. lege, habet res. f. 6. p. 2. l. 2. lege occeperã. l. 29. lege guilielm⁹. p. 2. l. 23. lege cæpit. f. 7. l. 27. lege tantũ. f. 11. p. 2. l. 4. lege. plerisq;. fo. 14. l. 11. lege prædita. f. 18. p. 2. l. 21. lege κῶλον. l. 27. leg. ἐπίφυσιν. fol. 19. l. 9. lege αὔχυν. l. 16. lege σπόνδυλος.

itẽ.

itē.f.14.l.20.lege eorū.f.15.l.23.lege aceruū.f.21.l.24.
lege λαμβδοειδῆ.l.27.lege ὀβελαῖαν.f.22.p.2.l.25.leg.
cuculū.f.26.l.24.lege cōpingit.l.25.lege tēplis.l.26.le-
ge.quenq̄.f.28.p.2.l.14 lege dirimēdæ. f.33.l. vltima
lege manuū.p.2 l.12.lege pedij.f.68.p.2.l.7.lege κατ'
ἴξιν.l.11.lege poti⁹ quā.f.70.l.16.lege posteriora.f.73.
l.12.lege respirationis.p.2.l.2.lege.in.fol.75.p.2.l.27.
exporrecti.f.76.p.2.l.14.lege spherulæ.f.78.l.18.lege
cōmunicans.l.22.lege reliquum.f.84.l.27.lege reuo-
lutionū.l.28.lege substantia.f.88.l.9.lege cuneū.f.91.
p.2.l.28.lege ita.f.95.l.5.ruamns.l16 inediā.l.20.ine
dia.

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA
DE LA FAC. DE MEDICINA.